# SACRORVM BIBLIORVM TOMVS SECVNDVS.

Biblioteka Śląska
2252555, IV

SECUNDUS

TOMUS

BIBLIOTHECÆ

SANCTORUM

II/X/8
II/X/8

QVI PER ANGELOS DICTVS EST SERMO
FACTVS EST FIRMVS
*Heb. 2.*

Biblioteka Śląska

# BENEDICTI ARIAE MONTANI HISPALENSIS IN CHALDAICARVM PARAPHRASEΩN LIBROS ET INTERPRETATIONES

## PRÆFATIO.

ARIAS *ſacrorum librorum Chaldaicas paraphraſes connumerari ſcimus, quæ tamen in hanc vſq; diem ad manus noſtras non venerunt. Cùm enim triplex Thargum plerunque celebretur (Thargum autẽ idem eſt Chaldæis, quod Paraphraſis Latinis) Babylonicum, ſcilicet, Hieroſolymitanum, atque Onkeloſij illud apud omnes peruulgatum: excepto Hieroſolymitano, & Onkeloſij, aliud præterea non vidimus. Vt autem Onkeloſij illud magnoperè celebratur; ita etiam Hieroſolymitanum magni nominis & auctoritatis eſt. Nos in regio hoc opere illud Onkeloſy, quod in Complutenſibus legitur, adhiberi curauimus. Quamuis autem ab eodẽ paraphraſte cæteros ſacræ ſcripturæ libros Chaldaico idiomate donatos eſſe plerique aſſerant: nos tamen ea de re quidquam certi affirmare non audemus. Ionathæ verò Vzielis filij ex veteri Synagoga viri doctiſſimi paraphraſis in duodecim prophetas, omniũ eruditorũ ſuffragio maximis laudibus celebratur. Js enim præter multa alia, quæ doctiſſimè exponit, præcipua quoque Chriſti myſteria et apertè explicat, & valde ſignificanter indicat. Huius autem viri etſi ſunt qui ſcripta in decalogum, et cæteros ſacræ ſcripturæ libros extare, & quæ ſe legiſſe dicant: antiqui tamen Hebræi qui Miſnaoth rapſodias concinnarunt, non ſolùm, nihil præterquam in Prophetas ab eo ſcriptum aſſerunt: verùm etiã ne plus ſcriberet, eaq; ratione ſacra myſteria nondum oportuno, ac ſtatuto tempore patefaceret, atq; ea ſatis eſſe exiſtimaret, quæ in Prophetarum monumentis docerentur, cœleſti voce admonitum volunt. Huius verò paraphraſes, Franciſcus ille Ximenius Cardinalis, qui ſacrarum literarum ſtudia hac etiam in parte promouere decreuerat (quod vltimo fato ſublatus præſtare non potuit) in membranis cum latina interpretatione ſcriptas apud Complutenſem Academiam depoſuit, vt ab ea in Chriſtianæ Reip. vtilitatem aſſeruarentur. Quæ Academia tum vt tanti viri, & de re literaria optimè meriti, dum viueret, honeſtiſſimo deſiderio ſatisfaceret, tum etiam pro eo quo eſt erga ſtudioſos homines amore, ac beneuolentia, earum nobis copiam fecit, eáſque nos huic operi, Philippi Regis optimi & ſapientiſſimi mandato, adiecimus. Hagiographos verò (quos vocant) vt Pſalterium, Job, Prouerbia Salomonis, ac reliquos libros, Ioſeph ille Cæcus Chaldaicè expoſuit: eiuſq; labor doctis viris ſatis probatur, licet in allegoriis nimius omnino iudicetur. huius paraphraſim in Latinum ſermonem conuerſam, ex eadem Complutenſi Bibliotheca Bibliis hiſce regiis addidimus. Reliqui verò ſunt hiſtorici libri qui priorum prophetarũ titulo inſcribuntur: quorum etiã Chaldaica extat paraphraſis: cuius quidem verus auctor quis fuerit, nondũ nobis in comperto eſt. Quod quidem opus, quatenus Hebraicæ lectioni ex æquo reſpondet, elegans certè atq; vtile eſt: ſed nonnullis adiectionibus, pleriſque in locis auctum, quæ neque cum reliquo auctoris ſtylo, ſi bene conferantur, neque etiam cum ſimplici Hebraicæ veritatis ſententia omnino cohærent. Quæ res Ximenium ipſum retardauit, quominus eam, priuſquã repurgandã curaret, paraphraſem ediderit. idq; ipſemet in ſuorũ Bibliorũ præfatione indicauit. Cùm is itaq; hoc exemplar probè repurgatũ deſcribi iuſſiſſet, &, vt latinitate donaretur, alicui tradidiſſet, illicò, vt iam diximus, diem obiit. Js verò liber apud priuatum aliquem remanſit: neque, vt eum Compluti inuenirem, fieri potuit. Sed neſcio qua ratione effectum eſt, vt illud ipſum exemplar correctum atque expurgatum cum initio primi tantùm capitis Ioſue Latinè reddito ab aliquo forſan ſubreptum, dum Romæ venale exponeretur, incideret in Andream Maſium, qui tunc temporis in vrbe erat, virum tum pietate inſignem, tum ob ſingularem eruditionem valdè conſpicuum, qui illud tunc emptum, atque in haſce regiones allatum nobiſcum poſtea communicauit. (eo viſo manum eorum à quibus cætera Complutenſia exempla-*

*exemplaria Chaldaicè & Latinè exarata ſunt, ſtatim agnouimus) quòd quidem nos, tum propter inſignem vtilitatem, quæ ex eo percipi poteſt, tum etiam ad totius operis ornamẽtum, cæteris hiſce adiecimus. In eo, additiones illæ, quæ in cæteris vulgatis exemplaribus habentur, certis capitibus notatæ erant: quorum magna pars, licet nihil habeat quod lectorem poſsit offendere: quia tamen apocryphum argumentum, & certum quoddam orationis genus continent, quod cum reliquo non ſatis cohæret, meritò adnotatæ, atque ab ipſius exemplaris contextu ſeparatæ conſpiciuntur. Hoc itaque repurgato exemplari à Maſio accepto, atque à nobis, qua potuimus, fide et diligẽtia, latinitate donato, in hiſce Bibliis præcipuè vſi ſumus: In cuius interpretatione religioni potiùs, quàm verborum ornatui, ſtuduimus: tum quia Chaldaici idiomatis tyronibus hac ratione conſultum putauimus, ſi vocem voci, ſchema ſchemati, & locutionem locutioni redderemus: quod quidem in cæteris exemplaribus, quotquot antehac in Latinam linguam cõuerſa ſunt, deſiderari comperimus: tum verò maximè, quòd ſemper eius ſententiæ fuerimus, vt in libris ſacris multò ſatius exiſtimauerimus verum & germanum eius linguæ, ex qua vertimus, ſenſum reddere, eiuſq; proprietatis ac modorum certam quandam habere rationem, quàm eius, in quã vertimus, ornatui, & elegantiæ tantùm inſeruire. Neque enim ſolùm quid à Spiritu ſancto, eiuſq; Prophetis, miniſtris, ac interpretibus dictũ, ſed quomodo dictum ſit, potiſsimũ obſeruandũ eſt: atq; eius qui dicit, elocutio, non autem interpretis eloquentia ſpectanda eſt. Neq; enim dubiũ eſt quin de ſententia ipſa, tum de auctoritate, ac orationis grauitate, ac etiam de ipſa ſimplicitate multùm detrahat is qui cum verbis ipſis, modos etiam, & figuras, ipſúmque dicendi genus, quàm poteſt, fideliter non refert: Ita enim fit, vt, dum barbariſmum, aut ſolœciſmum fortè vitat, in frigidum, inſulſum, & à re omnino alienum ſermonem incidat. Illud autẽ peruulgatum:* Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres: *nec tantæ auctoritatis eſt vt in diuinis ſermonibus locum habeat: nec ad eos pertinet qui aliena ſcripta in aliam linguam conuertunt: ſed eos præcipuè reſpicit, qui ex alieno poëmate, aut alio quouis opere, alio tamen ſcribendi genere, ſua contexunt: & ex heroicis fabulis tragœdias, aut comœdias componunt. Huius enim generis ſcriptores cùm non interpretẽtur, & vertant: ſed, aut imitentur, aut ſua ſcripta ex alienis cõpilare ſtudeãt, fidos interpretes agere non eſt opus. Deniq; quidquid ſentiant alij, nos in hac ſumus ſententia, vt exiſtimemus, iis, quibus ex peregrinis, & antiquis linguis in alias vertendũ eſt, non tam elegantiæ, & ornatus verborum eius idiomatis, quo cætera antiqua interpretantur, habendam eſſe rationem, quàm, vt elegantiam & ſplendorem (quod potiſsimum eſt) exactam figurarum annotationem, & tranſlationũ imitationem, ac deniq; indeclinabilium, vt aiunt, vocum antiquarum linguarum æquale pondus, qua fieri poteſt ſedulitate, & conſtãte ſibi in omnibus rebus diligentia, vbique reddant. Neque enim, exempli gratia, illud Latinis verbis expreſſum:* Irruit Spiritus à Domino, *ita ſignificanter dicitur, ac illud Hebraicè:* Irruit Spiritus à facie Domini, *aut Chaldaicè:* Irruit Spiritus ab ante Dominum. *Hebraica enim phraſi, prouidentia, & ſcientia Dei, Chaldaica auctoritas ſæpius, interdum etiam permiſsio diuina indicatur. Quiſquis igitur Latini ſermonis elegantiam à nobis ſcrupulosè requiret, ſciat is, id noſtrum inſtitutum non eſſe, vt verbis ſtudeamus: ſed nobis hoc tantùm propoſitum eſſe, vt in vertendis ſacræ Scripturæ libris, veritati in primis, mox etiam ſacrarum linguarum ſtudioſis, quantum poſſumus, noſtra opera, ſimpliciter conſulamus. atque hoc conſilio adducti, in libris Ioſue & Iudicũ, reiecto verborum cultu, religioni ac rei veritati, potiſsimùm dedimus operam. quos quidem libros ad comparandam in hiſtorico orationis genere cognitionem ſatis eſſe exiſtimauimus. Proinde in Regum hiſtoriis, in Pſalterio & aliis aliquantò liberiores & Latini ſermonis obſeruantiores nos præbemus, non quidem vt ab inſtituto noſtro diſcedamus: ſed, vt interpretatio aſperior illa quidem, longa exercitatione, longoq; vſu tandem exculta, atque expolita reddatur. Vt autem iis qui Latinè tantùm ſciunt hac etiam in parte ſatisfaceremus: ex Chaldaicis paraphraſibus duriores aliquot hoc loco annotatas expoſuimus.*

# IN IOSVE,

## CAP. I.

*Verſ.*7. In ſic. בְּכֵן .*i.* tũc *vel* hoc modo. *Nulla re linguarũ phraſes magis inter ſe differunt, quàm indeclinabilium partium vſu : eſt enim ſingularis & peculiaris cuique idiomati harum ratio & obſeruatio, habetque plerumque elegantem ſignificationem. Verſ.* 9. Exactoribus .*i.* præfectis.

## CAP. II.

*Verſ.* 5. Et fuit tempus ad coniungendam portam .*i.* claudendi portas. *Hiſpani etiam dicunt* Iunta eſſas puertas. *Tropus eſt ab antecedenti. ſic verſ.*7. Et portam coniunxerunt .*i.* clauſerũt. *verſ.* 15. Et incatenauit eos fune de feneſtra. .*i.* Quaſi catena conſtrictos demiſit. *ſic & verſ.* 18. incatenaſti nos. 21. Sicut verbũ veſtrum ita fiat .*i.* iuxta verbum .22. Et ſederũt ibi .*i.* manſerunt.

## CAP. III.

*Verſ.* 1. Quieuerunt .*i.* pernoctauerunt. 2. Caduceatores .*i.* præfecti. 3. vos tollemini de locis veſtris .*i.* proficiſcemini. 5. Faciet Dominus in medio veſtri ſeparationes, *idem ſignificat quod* mirabilia & miracula : *ſic Chaldaicè dicta, quòd à communi naturæ conſuetudine ſeparata edantur nouaque ſint, atque ideo admiranda.* 10. Deus conſtans] *Hebraicè*, Deus viues: *Latinè*, immortalis: *Chaldaicè*, קיים conſtãs *vel* permanens, *dicitur interpretatione Hebraici epitheti.* 14. Cùm ſurrexerunt populus ex tabernaculis ſuis ] cùm proficiſcerentur. *nam qui proficiſcitur prius ſtat.* 15. Diebus meſſis ] ęſtatis, *quo tempore meſſis eſt.* 16. procul remotæ ] longè diſtantes. conſumptæ ſunt ] defluxerunt. 17. Conſummauerũt omnis populus tranſire] perfecerunt tranſitum, *ſiue* finem fecerunt tranſeundi.

## CAP. IIII.

*Verſ.* 13. Armati virtutis ] exercitũ *vocat Chaldæus* virtutẽ, *vel* vim, *ſiue* potentiã. 21. Quòd interrogabunt filij veſtri cras.] *Dictio* אֲרִי *variis orationum modis adiungitur, cuius officium ſententia ipſa indicat, vt* כִּי *apud Hebræos : hoc in loco Latinorum* cùm *vel temporis vel conditionis reſpondet.*

## CAP. VI.

*Verſ.* 5. In ipſo extendere ] ipſis protrahẽtibus clangorem. 7. 9. 12. Armati virtutis ] viri pugnaces, armis inſtructi & in exercitu diſpoſiti. 20. proſapiam ] cognationem & familiam eorum qui ſanguine coniunctiſſimi ſunt. *Anguſtius eſt nomen* proſapię *quàm* tribus.

## CAP. VII.

*Verſ.* 12. in auxilium eorum. ] veſtrum. *nam de Iſraelitis ſermo eſt ſub tertia perſona.* 14. Secũdũ tribus veſtras] per tribus veſtras, *ſiue* iuxta rationem tribuum veſtrarum. 26. A fortitudine furoris ſui] ab ira furoris, *vel* ab impetu furoris. חֲרוֹן

## CAP. VIII.

*Verſ.* 9. Et poſuerunt à ſeptentrione] caſtrametati ſunt. *Verbo* שָׂרָא .*i. ponere, manſionem, caſtrametationem, quietem & eiuſmodi multa ſignificant Chaldæi.* Et leua in haſta quæ in manu tua] leua haſtam, *Chaldaiſmus eſt, pro*, leua manum cũ haſta. Et intrauit ſol] occubuit, *vel* occidit. *elegantioribus verbis & magis propriis eam rem ſignificant Hebræi & Chaldæi quàm Latini: non enim ſol occidit, ſed ad inferiores orbis partes concedit.* Altare lapidum ſimplicium] integrorum. *& vlterius*, quòd non ſublatum eſt ſuper eos ferrum.] ſuper quos ferrum non eſt ſublatum.

## CAP. IX.

*Verſ.* 5. vt Obleę] *Genus panis tenuiſſimi ex farina et aqua cõfecti ad ignẽ ferreis prælis toſtum. medici* nebulas *vocãt, quod ex præli notis foramina quædam refert. vulgaribus linguis noſtris ſatis notum eſt vocabulum Oblea.* 2. Auditionem] famam *publicam & certiſſimam, quæ neminem lateat.* 9. Et Ghogh regi Mathnan ] *Locũ ab Hebræis* Baſſan *dictũ, Chaldæi paraphraſtæ vocant* Mathnã *ſemper, quod eorũ temporibus iam nomen eſſet mutatum, vt aliorum locorum quamplurium.* 14. Et leuauerunt] profecti ſunt. *verſ. vlt.* Et numerauit eos Ioſue] conſtituit, præfecit.

## CAP. X.

*Verſ.* 2. Quòd illa magna à Ghay ] *Comparationis oratio hoc modo Hebraicè et Chaldaicè fit*: magna à Ghay, magna prę Ghay, *ſiue* maior quã Ghay. *vt* dentes tui candidi à lacte .*i.* lacte cãdidiores. 5. Super Gibghon] contra Gibghon. *nanque eadem præpoſitio* עַל *variis Latinarum particularum officiis fungitur: nos conſtanter vertimus* Super, *cuius officium ex adiunctis indicatur.* 7. Populus facientium prælium ] multitudo ad prędium apta & parata, prædiatores. 14. Ad accipiendum ante Dominum orationem hominis ] vt oratio hominis ad verbum audita ex euentu probaretur. 17. numerat viros] conſtituit. 20. Et euaſio euaſerunt] Superſtites quidem euaſerunt. 26. in ore gladij] *Hebraica & Chaldaica phraſis*: in acie gladij; *ex qua tranſlatione dictum ab Iſaia*: gladius deuorabit vos. 34. defuſionis ex altitudine] decliuiũ mõtis: qua ex alto defundũtur aquæ. *Hiſpanè etiam* las vertientes del mõte. 35. Rekam Geah] *Loci nomẽ qui Hebraicè* Cades Barneagh *dicitur, iam tum vt videtur*

*detur mutatum.*

CAP. XI.

*Verſ.* 2. In depreſsione ] in loco depreſsiore & humiliore. 5. Ego tradens vos] tradam vos. *certitudinẽ & præſentiam participium ſignificat.* 8. Confecit ad verbum gladij] occidit gladio, *vt Venetum exemplar habet.* 10. In ore gladij conſumere] in ore gladij conſumptionis, *vel* exterminationis. 13. Non defecit verb.] בטל irritum fecit, *vel* otioſum reddidit. 20. Ab ante Dominum fuit ad obdurandum] Domini conſilium fuit vt obdurarentur corda eorum. Sed enim propter diſperdendos eos] vt diſperderentur. *verſ. vlt.* Quieuit terra à faciendo bello] à belligerando.

CAP. XII.

*Verſ.* 1. Hæreditauerunt terram eorum in trãſitu Iordanis] vltra Iordanem. Vſque ad Iobeca fluuium filiorum Ammõ ] נחלא *torrentem, fluuium & vallem ſignificat.*

CAP. XIII.

*Verſ.* 1. Senex intrans in dies] Senex longæuus: *qui iam ad occaſum declinat, vt ſol occidens dicitur intrare.* Cenſa eſt] cenſebitur. 23. Oppida earum] oppida *vel* vicos *interpretamur loca alicui vrbi adiacentia, atq; eodem iure vſa: quæ neque caſtella ſunt neque villæ. Hiſpani cum Arabibus* Aldeas, *aliæ in Europa linguæ* Burgos *vocant.*

CAP. XIIII.

*Verſ.* 14. Ab antiquis] olim, ab initio, antiquis temporibus.

CAP. XV.

*Verſ.* 5. Et terminus anterioris plagæ] orientalis, *namque initium locorum & dierum ab Oriente eſt.* 9. Et flectit terminus] declinauit, *vel* circuiuit. *& inferius verſ.* 11. circuibit. *idem eſt verbum Chaldæum* תאר. Et fuerunt exitus eius ad terminum maris,] ad littus maris. *mari ipſo terminata eſt hæreditas illa.*

CAP. XVI.

*Verſ.* 5. Ad proſapias] per *vel* ſecundum proſapias. 10. Non exterminauerunt] expulerũt.

CAP. XVII.

*Verſ.* 5. Et ceciderunt funes] ſortes. *Tranſlatio ſumpta à prædiorũ menſoribus, vt in Pſal.* funes ceciderunt mihi in præclaris. 9. Fluuiũ Kana] fluuiũ arundinibus *refertum ſignificare videtur nomen.* 12. Et manſit Kananæus ad habitandum] Cœpit Kananæus habitare.

CAP. XVIII.

*Verſ.* 4. Et mittemus eos] mittamus. *Futurum tempus omnibus ferè tẽporibus & modis aliarum linguarum reſpondet apud Chaldæos, præterquàm præſenti. ibidem,* ad os poſſeſsionum veſtrarum] iuxta poſſeſsiones veſtras. 6. Mittam ſortem] iaciam. 19. Ad ventum anteriorem] orientalem.

CAP. XIX.

*Verſ.* 29. Vſque ad vrbes arcium] vrbes caſtellis & arcibus munitas.

CAP. XX.

*Verſ.* 3. in non ſciendo, *ſiue* in non ſcientia] abſque ſcientia.

CAP. XXI.

*Verſ.* 11. Et ſpatia eius] ſuburbana.

CAP. XXII.

*Verſ.* 9. Ad Gilgelas Iordanis ] ad limites *ſiue* terminos Iordanis. *Hinc Galilæarum nomen.* 20. In veſtro ædificare altare] in veſtra ædificatione altaris.

FINIS.

# PROLOGVS B. HIERONYMI
## PRESBYTERI IN LIBRVM
## IOSVE.

IAndem finito Pentateucho Moysi, velut grandi fœnore liberati, ad Iesum filium Naue manum mittimus, quem Hebræi Iosue Ben-Nun, id est, Iosue filiũ Nun vocant: & ad Iudicum librum, quem Sophtim appellant: ad Ruth quoque, & Esther, quos iisdem nominibus efferũt. Monemusq; lectorem, vt siluã Hebraicorum nominũ, & distinctiones per membra diuisas, diligens scriptura conseruet: ne & noster labor, & illius studiũ pereat. Et vt imprimis (quod sæpe testatus sum) sciat, me non in reprehensionem veterum noua cudere, sicut amici mei criminantur; sed pro virili portione offerre linguæ meæ hominibus, quos tamen nostra delectant, vt pro Græcorum hexaplis, quæ & sumptu & labore maximo indigent, editionem nostram habeant. Et si cubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes, inueniant quod requirunt. Maximè cùm apud Latinos tot sint exemplaria quot codices: & vnusquisque pro arbitrio suo vel addiderit, vel subtraxerit quod ei visum est: & vtique non possit verũ esse quod dissonat. Vnde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius, & sanctum opus venenata carpere lingua desistat; vel suscipiens, si placet, vel contemnens, si displicet. memineritque illorum versuum: Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Hæc feci sti, & tacui. Existimasti inique, quòd ero tui similis. Arguam te, & statuam illa cõtra faciem tuam. Quæ enim audientis vel legentis vtilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahendo laborare, dolere Iudæos quòd calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio, & Ecclesiæ homines id despicere, imò lacerare, vnde aduersarij torqueantur? Quòd si vetus eis tantùm interpretatio placet, quæ & mihi non displicet, & nil extra recipiendum putant; cur ea quæ sub asteriscis & obelis vel addita sunt vel amputata, legunt & negligũt? Quare Danielem iuxta Theodotionis traditionem Ecclesiæ susceperunt? Cur Origenem mirantur, & Eusebium Pamphili, cunctas editiones similiter differentes? Aut quæ fuit stultitia, postquam vera dixerint, proferre quæ falsa sunt? Vnde autem in Nouo Testamento probare poterunt assumpta testimonia, quæ in libris veteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omninò calumniantibus tacere videamur. Cæterùm post sanctæ Paulæ dormitionem, cuius vita virtutis exemplum est, & hos libros, quos Eustochio virgini

gini Christi negare non potui, decreuimus, dum spiritus hos regit artus, prophetarum explanationi incumbere, & omissum iam diu opus quasi quodam postliminio repetere: præsertim cùm & admirabilis sanctusque vir Pammachius hoc idem literis flagitet: & nos ad patriam festinantes, mortiferos Sirenarum cantus surda debeamus aure transire.

## ARGVMENTVM.

IESVS *filius Naue, typum Domini non solùm in gestis, verumetiam in nomine gerens, transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, Ecclesiæ cælestisq; Hierusalem spiritalia regna describit.*

שער בית יי השני

# נביאים

## ראשונים

נביאיא קדמיא

# ΠΡΟΦΗΤΑΙ

## ΠΡΩΤΟΙ.

# PROPHETAE

## PRIORES.

מלך במשפט יעמיד ארץ

PROVERB. XXIX.

# א

1 וַיְהִי אַחֲרֵי מוֹת מֹשֶׁה עֶבֶד יְהוָה
וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־יְהוֹשֻׁעַ בִּן־נוּן
2 מְשָׁרֵת מֹשֶׁה לֵאמֹר׃ * מֹשֶׁה
עַבְדִּי מֵת וְעַתָּה קוּם עֲבֹר אֶת־
הַיַּרְדֵּן הַזֶּה אַתָּה וְכָל־הָעָם הַזֶּה אֶל־הָאָרֶץ אֲשֶׁר
אָנֹכִי נֹתֵן לָהֶם לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל׃
3 * כָּל־מָקוֹם אֲשֶׁר תִּדְרֹךְ כַּף־רַגְלְכֶם בּוֹ לָכֶם
נְתַתִּיו כַּאֲשֶׁר דִּבַּרְתִּי אֶל־מֹשֶׁה׃
4 * מֵהַמִּדְבָּר וְהַלְּבָנוֹן הַזֶּה וְעַד־הַנָּהָר הַגָּדוֹל
נְהַר־פְּרָת כֹּל אֶרֶץ הַחִתִּים וְעַד־הַיָּם הַגָּדוֹל מְבוֹא
5 הַשָּׁמֶשׁ יִהְיֶה גְּבוּלְכֶם׃ * לֹא־יִתְיַצֵּב אִישׁ
לְפָנֶיךָ כֹּל יְמֵי חַיֶּיךָ כַּאֲשֶׁר הָיִיתִי עִם־מֹשֶׁה אֶהְיֶה
עִמָּךְ לֹא אַרְפְּךָ וְלֹא אֶעֶזְבֶךָּ׃
6 * חֲזַק וֶאֱמָץ כִּי אַתָּה תַּנְחִיל אֶת־הָעָם הַזֶּה
אֶת־הָאָרֶץ אֲשֶׁר־נִשְׁבַּעְתִּי לַאֲבוֹתָם לָתֵת לָהֶם׃
7 * רַק חֲזַק וֶאֱמָץ מְאֹד לִשְׁמֹר לַעֲשׂוֹת כְּכָל־
הַתּוֹרָה אֲשֶׁר צִוָּךְ מֹשֶׁה עַבְדִּי אַל־תָּסוּר מִמֶּנּוּ יָמִין
וּשְׂמֹאול לְמַעַן תַּשְׂכִּיל בְּכֹל אֲשֶׁר תֵּלֵךְ׃
8 * לֹא־יָמוּשׁ סֵפֶר הַתּוֹרָה הַזֶּה מִפִּיךָ וְהָגִיתָ בּוֹ
יוֹמָם וָלָיְלָה לְמַעַן תִּשְׁמֹר לַעֲשׂוֹת כְּכָל־הַכָּתוּב
בּוֹ כִּי־אָז תַּצְלִיחַ אֶת־דְּרָכֶךָ וְאָז תַּשְׂכִּיל׃
9 * הֲלוֹא צִוִּיתִיךָ חֲזַק וֶאֱמָץ אַל־תַּעֲרֹץ וְאַל־תֵּחָת
כִּי עִמְּךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּכֹל אֲשֶׁר תֵּלֵךְ׃
10 * וַיְצַו יְהוֹשֻׁעַ אֶת־שִׁטְרֵי הָעָם לֵאמֹר׃
11 * עִבְרוּ בְּקֶרֶב הַמַּחֲנֶה וְצַוּוּ
אֶת־הָעָם לֵאמֹר הָכִינוּ לָכֶם צֵדָה כִּי בְעוֹד
שְׁלֹשֶׁת יָמִים אַתֶּם עֹבְרִים אֶת־הַיַּרְדֵּן הַזֶּה
לָבוֹא לָרֶשֶׁת אֶת־הָאָרֶץ אֲשֶׁר יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם נֹתֵן
לָכֶם לְרִשְׁתָּהּ׃

IOSVE. Translat.B.Hieronymi.

## INCIPIT LIBER IOSVE.

### CAP. I.

1 A ET factum est post mortẽ
Moysi serui Domini, vt
loqueretur Dominus ad
Iosue filium Nun minis-
trum Moysi, & diceret ei:
2 *Moyses seruus meus mor
tuus est: Surge, & transi Iordanem istum,
tu & omnis populus tecum, in terram quã
3 ego dabo filiis Israel. *Omnem locum quẽ Deu. 11.c
calcauerit vestigiũ pedis vestri, vobis tra-
4 dam, sicut locutus sum Moysi. *A deserto
& Libano, vsq; ad fluuium magnum Eu-
phratem, omnis terra Ethæorum vsque
ad mare magnum contra Solis occasum
5 erit terminus vester. *Nullus poterit vo-
bis resistere cunctis diebus vitę tuæ. Sicut
B fui cum Moyse, ita ero tecum. non dimit-
6 tam nec derelinquam te. *Confortare, & Inf.3.b
esto robustus. Tu enim sorte diuides po- Heb.13.a
pulo huic terram, pro qua iuraui patri-
7 bus suis vt traderẽ eam illis. *Confortare Inf. eo.
igitur, & esto robustus valde, vt custodias Deu. 31.
& facias omnem legem quam prȩcepit ti- b.
bi Moyses seruus meus. Ne declines ab ea 3.Re.2.a
ad dexteram vel ad sinistram, vt intelli-
8 gas cuncta quæ agis. *Non recedat vo-
lumen legis huius ab ore tuo, sed medita-
beris in eo diebus ac noctibus, vt custo-
dias & facias omnia quæ scripta sunt in
C eo. tũc diriges viam tuam, & intelliges eã.
9 *Ecce præcipio tibi: Confortare & esto ro- Sup.eo.
bustus. noli metuere, & noli timere; quo-
niam tecũ est dominus Deus tuus in om-
10 nibus ad quæcunque perrexeris. *Præce-
pitque Iosue principibus populi, dicens:
11 *Trãsite per medium castrorũ, & impe-
rate populo, ac dicite: Præparate vobis ci-
baria; quoniam post diem tertium transi-
bitis Iordanem, & intrabitis ad possiden-
dam terram, quam dominus Deus vester
daturus est vobis.

---

תרגום יונתן

א

**וַיְהִי** בָּתַר דְּמִית מֹשֶׁה עַבְדָּא דַיְיָ וַאֲמַר יְיָ לִיהוֹשֻׁעַ בַּר נוּן מְשַׁמְשָׁנֵיהּ דְּמֹשֶׁה לְמֵימַר׃ 2 מֹשֶׁה עַבְדִּי מִית וּכְעַן קוּם
עֲבַר יָת יַרְדְּנָא הָדֵין אַתְּ וְכָל עַמָּא הָדֵין לְאַרְעָא דַאֲנָא יָהֵיב לְהוֹן לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל׃ 3 כָּל אַתְרָא דְתִדְרוֹךְ פַּרְסַת רַגְלֵיכוֹן
בֵּיהּ לְכוֹן יְהַבְתֵּהּ כְּמָא דְמַלֵּילִית עִם מֹשֶׁה׃ 4 מִמַּדְבְּרָא וּלְבְנַן הָדֵין וְעַד נַהֲרָא רַבָּא נַהֲרָא פְּרָת כֹּל אַרַע חִתָּאֵי וְעַד יַמָּא רַבָּא מַעֲלָנֵי
שִׁמְשָׁא יְהוֹן תְּחוּמְכוֹן׃ 5 לָא יִתְעַתַּד אֱנָשׁ קֳדָמָךְ כֹּל יוֹמֵי חַיָּיךְ כְּמָא דַהֲוָה מֵימְרִי בְּסַעֲדֵיהּ דְּמֹשֶׁה כֵּן יְהֵי מֵימְרִי בְּסַעֲדָךְ לָא אֶשְׁבְּקִינָּךְ
וְלָא אֲרַחֲקִינָּךְ׃ 6 תְּקֵיף וְעֵלֵם אֲרֵי אַתְּ תַּחְסִין יָת עַמָּא הָדֵין יָת אַרְעָא דְקַיֵּימִית לַאֲבָהָתְהוֹן לְמִתַּן לְהוֹן׃ 7 לְחוֹד תְּקֵיף
וְעֵלֵם לְחַדָּא לְמִטַּר לְמֶעְבַּד כְּכָל אוֹרַיְתָא דְפַקְּדָךְ מֹשֶׁה עַבְדִּי לָא תְסְטֵי מִינַּהּ יַמִּינָא וּשְׂמָאלָא בְּדִיל דְּתִצְלַח בְּכָל אֲתַר דְּתֵהָךְ׃
8 לָא יַעְדֵּי סִיפְרָא דְאוֹרַיְתָא הָדֵין מִפּוּמָךְ וְתֵהֵי הָגֵי בֵּיהּ יוֹמָם וְלֵילֵי בְּדִיל דְּתִטַּר לְמֶעְבַּד כְּכָל דִּכְתִיב בֵּיהּ אֲרֵי בְּכֵן תַּצְלַח יָת אָרְחָתָךְ
וּבְכֵן תַּכְשִׁיט׃ 9 הֲלָא פַּקֵּידְתָּךְ תְּקֵף וְעֵלֵם לָא תְּדְחַל וְלָא תִתְבַּר אֲרֵי בְּסַעֲדָךְ מֵימְרָא דַיְיָ אֱלָהָךְ בְּכָל אֲתַר דְּתֵהָךְ׃
10 וּפַקֵּיד יְהוֹשֻׁעַ יָת סָרְכֵי עַמָּא לְמֵימַר׃
11 עִבְרוּ בְּגוֹ מַשְׁרְיָתָא וּפַקִּידוּ יָת עַמָּא לְמֵימַר אַתְקִינוּ לְכוֹן זָוְדִין אֲרֵי בְּסוֹף תְּלָתָא יוֹמִין אַתּוּן עָבְרִין יָת יַרְדְּנָא הָדֵין לְמֵיעַל לְמֵירַת
יָת אַרְעָא דַיְיָ אֱלָהֲכוֹן יָהֵב לְכוֹן לְמֵירְתַהּ׃

# IOSVE.

## CAP. I.

*ET factum est post mortem* 1
*Moysi serui Domini, & locutus est Dominus Iosue filio Nun ministro Moysi, dicens:*

* *Moyses seruus meus* 2
*mortuus est: nunc igitur surgens transi Iordanem tu & omnis populus hic in terram, quam ego do eis.*

* *Omnis locus ad quem ambulauerint vestigia pedum vestrorum, vobis dabo eum, sicut locutus sum Moysi.* 3

* *Desertum & Antilibanum vsque ad fluuium magnum fluuium Euphratem, omnem terram Ethæorum & vsq; ad mare magnum, à Solis occasu erunt termini vestri.* 4

* *Non resistet homo coram vobis cunctis diebus vitæ tuæ. & sicut fui cum Moyse, ita ero & tecum: & non derelinquam te, neque despiciam te.* 5

* *Confortare & esto robustus: tu enim diuides populo huic terram, quam iurauí patribus eorum vt traderem eis.* 6

* *Confortare igitur & esto robustus, vt custodias & facias sicut præcepit tibi Moyses seruus meus. & non declinabis ab eis ad dextram vel ad sinistram, vt intelligas in cunctis quæ feceris.* 7

* *Et nõ recedet liber Legis huius de ore tuo; & meditaberis in eo die ac nocte, vt intelligas facere omnia quæ scripta sunt in eo: tunc prosperabis vias tuas, & tunc intelliges.* 8

* *Ecce præcipio tibi, Confortare & esto robustus: nõ timeas neque terrearis; quoniam tecum dominus Deus tuus in omnem locum quò perrexeris.* 9

* *Et præcepit Iosue scribis populi, dicens:* 10

* *Transite per medium castrorum populi, et imperate populo, dicentes: Estote parati in cibariis; quoniam adhuc tres dies, & vos transitis Iordanẽ hunc, intrantes ad possidendum terrã, quam dñs Deus patrum vestrorum dat vobis.* 11

# ΙΗΣΟΥΕ.

## α'.

1 ΚΑΙ ἐγένετο μετὰ τὸν τελευτὸν μωυσῆ
δούλου κυρίου, καὶ εἶπε κύριος τῷ ἰησοῦ
υἱῷ ναυῆ τῷ ὑπουργῷ μωυσῆ, λέγων·
2 * μωυσῆς ὁ θεράπων μου τετελεύ-
τηκεν· νῦν οὖν διαβὰς διάβηθι τὸν ἰορ-
δάνην σὺ καὶ πᾶς ὁ λαὸς οὗτος εἰς τὴν γῆν, ἣν ἐγὼ δίδω-
μι αὐτοῖς.
3 * πᾶς ὁ τόπος ἐφ' ὃν διαβῇ τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν ὑ-
μῶν, ὑμῖν δώσω αὐτόν, ὃν τρόπον εἴρηκα τῷ μωυσῆ.
4 * τὴν ἔρημον καὶ τὸν ἀντιλίβανον ἕως τοῦ ποταμοῦ τοῦ
μεγάλου ποταμοῦ εὐφράτου, πᾶσαν γῆν ἐθναίων, καὶ
ἕως τῆς θαλάσσης τῆς μεγάλης, ἀφ' ἡλίου δυσμῶν ἔσαι
τὰ ὅρια ὑμῶν.
5 * οὐκ ἀνθίσταται ἄνθρωπος κατενώπιον ὑμῶν πά-
σας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. ὡς ὤμοσα ἡμῖν μωυ-
σῆ, ὕτως ἔσομαι καὶ μετὰ σοῦ, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω σε,
οὐδ' ὑποστρέψομαί σε·
6 * ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου. σὺ γὰρ ἀποδιελεῖς τῷ λαῷ τούτῳ
τὴν γῆν, ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν αὐτῶν δοῦναι αὐτοῖς.
7 * ἴσχυε οὖν καὶ ἀνδρίζου, φυλάσσεσθαι καὶ ποιεῖν
καθότι ἐνετείλατό σοι μωυσῆς ὁ παῖς μου. καὶ οὐκ ἐκ-
κλινεῖς ἀπ' αὐτῶν εἰς δεξιὰ ἢ εἰς ἀριστερά, ἵνα συνῇς ἐν
πᾶσιν οἷς ἐὰν πράξῃς.
8 * καὶ οὐκ ἀποστήσεται ἡ βίβλος ἡ νόμου τούτου ἐκ τοῦ στό-
ματός σου, καὶ μελετήσεις ἐν αὐτῇ ἡμέρας καὶ νυκτός, ἵνα
συνῇς ποιεῖν πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν αὐτῇ. τότε εὐοδώ-
σεις τὰς ὁδούς σου, καὶ τότε συνήσεις.
9 * ἰδοὺ ἐντέλλομαί σοι, ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, μὴ δειλιά-
σῃς, μὴ ὀκνήσῃς, ὅτι μετὰ σοῦ κύριος ὁ θεός σου εἰς πάντα
τόπον ἐὰν πορεύσῃ.
10 * καὶ ἐνετείλατο ἰησοῦς τοῖς γραμματεῦσι τοῦ λαοῦ,
λέγων·
11 * εἰσέλθετε κατὰ μέσον τῆς παρεμβολῆς τοῦ λαοῦ, καὶ ἐν-
τείλασθε τῷ λαῷ, λέγοντες, ἑτοιμάζεσθε ἐπισιτισμόν, ὅτι
ἔτι τρεῖς ἡμέραι, ὑμεῖς διαβαίνετε τὸν ἰορδάνην τοῦτον,
εἰσελθόντες κατασχεῖν τὴν γῆν, ἣν κύριος ὁ θεὸς τῶν πα-
τέρων ὑμῶν δίδωσιν ὑμῖν.

---

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO,

BENEDICT. ARIA MONTANO INTERPRETE.

CAPVT PRIMVM.

ET fuit postquam mortuus est Moses seruus Domini, & ait Dominus ad Iosue filium Nun ministrum Mosis, dicens:
* Moses seruus meus mortuus est; & nunc surge, transi Iordanem istum tu & omnis populus iste, ad terram quam ego do ipsis filiis Israel. 3 Omnem locum quem calcauerit planta pedis vestri in eo, vobis dedi illum, quemadmodum locutus fui cum Mose. 4 A deserto & Libano isto, & vsque ad fluuium magnum, fluuium Perath, omnis terra Hhethæorum, & vsque ad mare magnum occasus Solis, erit terminus vester. 5 Non stabit homo ante te omnibus diebus vitæ tuæ. quemadmodum fuit verbum meum in auxilium Mosis, sic erit verbum meum in auxilium tuum: non derelinquam te, nec elongabo te.
6 Fortificare & roborare, quoniam tu possidere facies populum istum terram, quam iuraui patribus eorum me daturum eis.
7 Tantum fortificare & roborare valdè ad custodiendum vt facias iuxta omnem legem, quam præcepit tibi Moses seruus meus: ne declines ab ea ad dexteram neque sinistram; vt prospereris in omni loco quò ieris.
8 Non recedat liber Legis huius ab ore tuo; & eris meditans in eo die ac nocte, vt custodias ad faciendum sicut omne quod scriptum est in eo. nam insic prosperabis viam tuam, & insic intelliges. 9 Nonne præcepi tibi, Fortificare & roborare? ne timeas, nec frangaris: namque in auxilium tuum est verbum domini Dei tui in omni loco quò ieris. 10 Et præcepit Iosue exactoribus populi, dicendo: 11 Transite intra castra, & præcipite populo, dicentes: Præparate vobis commeatus; nam in fine trium dierum vos transitis Iordanem istum, vt ingrediamini ad possidendum terram, quam dominus Deus vester dabit vobis ad possidendum eam.

12 * וְלָרְאוּבֵנִי וְלַגָּדִי וְלַחֲצִי שֵׁבֶט הַמְנַשֶּׁה אָמַר
יְהוֹשֻׁעַ לֵאמֹר׃

13 * זָכוֹר אֶת־הַדָּבָר אֲשֶׁר צִוָּה אֶתְכֶם מֹשֶׁה עֶבֶד־
יְהוָה לֵאמֹר יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם מֵנִיחַ לָכֶם וְנָתַן לָכֶם
אֶת־הָאָרֶץ הַזֹּאת׃

14 * נְשֵׁיכֶם טַפְּכֶם וּמִקְנֵיכֶם יֵשְׁבוּ בָּאָרֶץ אֲשֶׁר נָתַן
לָכֶם מֹשֶׁה בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן וְאַתֶּם תַּעַבְרוּ חֲמֻשִׁים לִפְנֵי
אֲחֵיכֶם כָּל גִּבּוֹרֵי הַחַיִל וַעֲזַרְתֶּם אוֹתָם׃

15 * עַד אֲשֶׁר־יָנִיחַ יְהוָה לַאֲחֵיכֶם כָּכֶם וְיָרְשׁוּ גַם־
הֵמָּה אֶת־הָאָרֶץ אֲשֶׁר־יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם נֹתֵן
לָהֶם וְשַׁבְתֶּם לְאֶרֶץ יְרֻשַׁתְכֶם וִירִשְׁתֶּם אוֹתָהּ
אֲשֶׁר נָתַן לָכֶם מֹשֶׁה עֶבֶד יְהוָה בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן
מִזְרַח הַשָּׁמֶשׁ׃

16 * וַיַּעֲנוּ אֶת־יְהוֹשֻׁעַ לֵאמֹר כֹּל אֲשֶׁר־צִוִּיתָנוּ
נַעֲשֶׂה וְאֶל־כָּל־אֲשֶׁר תִּשְׁלָחֵנוּ נֵלֵךְ׃

17 * כְּכֹל אֲשֶׁר־שָׁמַעְנוּ אֶל־מֹשֶׁה כֵּן נִשְׁמַע אֵלֶיךָ
רַק יִהְיֶה יְהוָה אֱלֹהֶיךָ עִמָּךְ כַּאֲשֶׁר הָיָה
עִם־מֹשֶׁה׃

18 * כָּל־אִישׁ אֲשֶׁר־יַמְרֶה אֶת־פִּיךָ וְלֹא־יִשְׁמַע אֶת־
דְּבָרֶיךָ לְכֹל אֲשֶׁר תְּצַוֶּנּוּ יוּמָת רַק חֲזַק וֶאֱמָץ׃

ב

1 * וַיִּשְׁלַח יְהוֹשֻׁעַ בִּן־נוּן מִן־הַשִּׁטִּים שְׁנַיִם
אֲנָשִׁים מְרַגְּלִים חֶרֶשׁ לֵאמֹר לְכוּ רְאוּ אֶת־הָאָרֶץ
וְאֶת־יְרִיחוֹ וַיֵּלְכוּ וַיָּבֹאוּ בֵּית אִשָּׁה זוֹנָה וּשְׁמָהּ רָחָב
וַיִּשְׁכְּבוּ־שָׁמָּה׃

2 * וַיֵּאָמַר לְמֶלֶךְ יְרִיחוֹ לֵאמֹר הִנֵּה אֲנָשִׁים בָּאוּ
הֵנָּה הַלַּיְלָה מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל לַחְפֹּר אֶת־הָאָרֶץ׃

3 * וַיִּשְׁלַח מֶלֶךְ יְרִיחוֹ אֶל־רָחָב לֵאמֹר הוֹצִיאִי
הָאֲנָשִׁים הַבָּאִים אֵלַיִךְ אֲשֶׁר־בָּאוּ לְבֵיתֵךְ כִּי לַחְפֹּר
אֶת־כָּל־הָאָרֶץ בָּאוּ׃

12 * Rubenitis quoque & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse ait:

13 * Mementote sermonis quem præcepit vobis Moyses famulus Domini, dicens: Dominus Deus vester dedit vobis requiē Nu.32.b & inf.4.c
14 & omnem terram. * Vxores vestræ & filij vestri, ac iumenta manebunt in terra
D quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem. vos autem transite armati ante fratres vestros, omnes fortes manu, & pug-
15 nate pro eis: * Donec det Dominus requiem fratribus vestris, sicut & vobis dedit: & possideant ipsi quoque terram quam dominus Deus vester daturus est eis: & sic reuertemini in terram possessionis vestræ; & habitabitis in ea quam vobis dedit Moyses famulus Domini trans Iordanem contra Solis ortum.

16 * Responderuntque ad Iosue atque dixerunt: Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus, & quocunque miseris, ibimus.

17 * Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi. tātum sit dominus 1. Mach. 2.c
Deus tecum, sicut fuit cum Moyse.

18 * Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur. tu tantum confortare & viriliter age.

CAP. II.

1 A * Misit igitur Iosue filius Nū de Sethim duos viros exploratores in abscondito. & dixit eis: Ite & considerate terram vrbemque Hiericho. Qui pergentes ingressi sunt domū mulieris meretricis nomine Raab, & quieuerunt apud eam. Iaco.2.d Eph.11.f

2 * Nunciatumque est regi Hiericho, & dictum: Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israel, vt explorent terram.

3 * Misitque rex Hiericho ad Raab, dicens: Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam. exploratores quippe sunt, & omnem terram considerare venerunt.

---

תרגום יונתן

12 וְלִשְׁבָטָא דְּרְאוּבֵן וּלְגָד וּלְפַלְגוּת שִׁבְטָא דְּמְנַשֶּׁה אֲמַר יְהוֹשֻׁעַ לְמֵימָר׃ 13 הֱווֹ דְכִירִין יָת פִּתְגָמָא דְּפַקֵּיד יָתְכוֹן
מֹשֶׁה עַבְדָּא דַּייָ לְמֵימָר יְיָ אֱלָהֲכוֹן מְנִיחַ לְכוֹן וְיָהֵב לְכוֹן יָת אַרְעָא הָדָא׃ 14 נְשֵׁיכוֹן וְטַפְלֵיכוֹן וּבְעִירְכוֹן יֵהֲבוּן בְּאַרְעָא דְּיָהַב לְכוֹן
מֹשֶׁה בְּעִבְרָא דְּיַרְדְּנָא וְאַתּוּן תֶּעְבְּרוּן מְזָרְזִין קֳדָם אֲחוּכוֹן כֹּל גִּבָּרֵי חֵילָא וְתִסְעֲדוּן יָתְהוֹן׃ 15 עַד דְּיִנַּיַח יְיָ לַאֲחֵיכוֹן כְּוָתְכוֹן וְיֵירְתוּן
אַף אִנּוּן יָת אַרְעָא דַּייָ אֱלָהֲכוֹן יָהֵיב לְכוֹן וּתְתוּבוּן לְאַרַע יְרוּתַתְכוֹן וְתֵרְתוּן יָתָהּ דְּיָהַב לְכוֹן מֹשֶׁה עַבְדָּא דַּייָ בְּעִבְרָא דְּיַרְדְּנָא מַדְנַח
שִׁמְשָׁא׃ 16 וַאֲתֵיבוּ יָת יְהוֹשֻׁעַ לְמֵימָר כְּכָל דְּפַקֵּדְתָּנָא נַעְבֵּד וּלְכָל אֲתַר דְּתִשְׁלְחִנָּנָא נְהָךְ׃
17 כְּכֹל דְּקַבֶּלְנָא מִן מֹשֶׁה כֵּן נְקַבֶּל מִינָךְ לְחוֹד יְהֵי מֵימְרָא דַּייָ אֱלָהָךְ בְּסַעְדָךְ כְּמָא דַּהֲוָה בְּסַעְדֵיהּ דְּמֹשֶׁה׃
18 כָּל גְּבַר דְּיִסְרַב עַל מֵימְרָךְ וְלָא יְקַבֵּל יָת פִּתְגָמָךְ לְכֹל דְּתְפַקְּדִינֵיהּ יִתְקְטֵל לְחוֹד תְּקֵף וֶעֱלֵם׃

ב

1 וּשְׁלַח יְהוֹשֻׁעַ בַּר נוּן מִן שִׁטִּין תְּרֵין גַּבְרִין מְאַלְּלִין בְּרַז לְמֵימַר אֱזִילוּ חֲזוֹ יָת אַרְעָא וְיָת יְרִיחוֹ
וַאֲזִלוּ וְעָלוּ לְבֵית אִתְּתָא פּוּנְדָקִיתָא וּשְׁמַהּ רָחָב וּשְׁכִיבוּ תַּמָּן׃ 2 וְאִתְאֲמַר לְמַלְכָּא דִּירִיחוֹ לְמֵימַר הָא גַּבְרַיָּא אִתּוֹ הַלְכָא
בְּלֵילְיָא מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל לְאַלָּלָא יָת אַרְעָא׃ 3 וּשְׁלַח מַלְכָּא דִּירִיחוֹ לְוָת רָחָב לְמֵימַר אַפֵּיקִי גַּבְרַיָּא דַּאֲתוֹ לְוָתִיךְ דְּעָלוּ לְבֵיתִיךְ
אֲרֵי לְאַלָּלָא יָת כָּל אַרְעָא אֲתוֹ׃

* *Et Ruben, & Gad, & dimidiæ tribui* 12
*Manasse ait Iosue:*

* *Mementote sermonis Domini, quem præ-* 13
*cepit vobis Moyses famulus Domini, dicens:*
*Dominus Deus vester dedit requiem vobis,*
*& dedit vobis terram hanc.*

* *Vxores vestræ, & filij vestri, & iumen* 14
*ta vestra habitent in terra, quam dedit vobis*
*Moyses trans Iordanem. vos autem transibitis*
*accincti priores fratribus vestris omnis fortis.*
*& auxiliabimini eis:*

* *Quoad det requiem dominus Deus vester* 15
*fratribus vestris, sicut & vobis; & possideāt*
*etiam isti terram, quam dominus Deus vester*
*dat eis. & reuertemini quilibet in possessio-*
*nem suam, quam dedit vobis Moyses trans Ior*
*danem ab ortu Solis.*

* *Et respondentes Iosue dixerunt: Omnia* 16
*quæcunque præceperis nobis, faciemus: & in*
*omnem locum, quò miseris nos, ibimus.*

* *Iuxta omnia quæcunq; obediuimus Moy-* 17
*si, obediemus tibi. cæterùm sit dominus Deus*
*noster tecum, sicut fuit cum Moyse.*

* *At homo qui contradixerit tibi, & qui nō* 18
*obedierit sermonibus tuis sicut præceperis ei,*
*moriatur. sed confortare, & viriliter age.*

CAP. II.

ET misit Iosue filius Nun de Sethim duos 1
viros vt explorarent, dicens: Ascendite,
& videte terram & Hiericho. Et pergentes
ingressi sunt in domum mulieris meretricis, cui
nomen Raab. & quieuerunt illic:

* *Et nunciatum est regi Hiericho, dicentes:* 2
*Ecce viri ingressi sunt huc de filiis Israel, vt*
*explorent terram.*

* *Et misit rex Hiericho, & ait ad Raab,* 3
*dicens: Educ viros qui ingressi sunt in do-*
*mum tuam nocte: vt explorent enim terram*
*venerunt.*

12 * καὶ τῷ ῥουβὴλ, καὶ τῷ γὰδ, & τῷ ἡμίσει φυλῆς μα-
νασσῆ εἶπεν ἰησοῦς·

13 * μνήσθητε τὸ ῥῆμα κυρίου, ὃ ἐνετείλατο ὑμῖν μωυ-
σῆς ὁ παῖς κυρίου λέγων, κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν κατέπαυ-
σεν ὑμᾶς, καὶ ἔδωκεν ὑμῖν τὴν γῆν ταύτην.

14 * αἱ γυναῖκες ὑμῶν καὶ τὰ παιδία ὑμῶν καὶ τὰ κτηνη
ὑμῶν κατοικήτωσαν ἐν τῇ γῇ, ἣ ἔδωκεν ὑμῖν μωυσῆς πέ-
ραν τοῦ ἰορδάνου. ὑμεῖς δὲ διαβήσεσθε ὡπλισμένοι
τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν πᾶς ὁ ἰσχύων. καὶ συμμαχήσετε αὐ-
τοῖς,

15 * ἕως ἂν καταπαύσῃ κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν τοὺς ἀδελ-
φοὺς ὑμῶν, ὥσπερ καὶ ὑμᾶς, & κληρονομήσωσιν καὶ οὗτοι
τὴν γῆν, ἣν κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν δίδωσιν αὐτοῖς. καὶ ἀπε-
λεύσεσθε ἕκαστος & εἰς τὴν κληρονομίαν ἑαυτοῦ, ἣν ἔδωκεν
ὑμῖν μωυσῆς ἐν τῷ πέραν τοῦ ἰορδάνου ἀπ' ἀνατολῶν ἡ-
λίου.

16 * καὶ ἀποκριθέντες τῷ ἰησοῦ εἶπαν, πάντα ὅσα ἂν ἐν-
τείλῃ ἡμῖν ποιήσομεν, καὶ εἰς πάντα τόπον, οὗ ἐὰν ἀποσεί-
λῃς ἡμᾶς, πορευσόμεθα.

17 * κατὰ πάντα ὅσα ἠκούσαμεν μωυσῆ, ἀκουσόμεθά
σου. πλὴν ἔσω κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν μετὰ σοῦ, ὃν τρόπον ἦν
μετὰ μωυσῆ.

18 * ὁ δὲ ἄνθρωπος ὃς ἂν ἀπειθήσῃ σοι, καὶ ὃς ἂν μὴ ἀκού-
σῃ τῶν ῥημάτων σου καθότι ἂν ἐντείλῃ αὐτῷ, ἀποθανέτω.
ἀλλὰ ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου.

β'.

* Καὶ ἀπέστειλεν ἰησοῦς υἱὸς ναυῆ ἐκ σαττὶν δύο ἄν- 1
δρας κατασκοπεῦσαι, λέγων, ἀνάβητε & ἴδετε τὴν γῆν
καὶ τὴν ἱερειχώ. καὶ πορευθέντες εἰσῆλθον εἰς οἰκίαν γυ-
ναικὸς πόρνης, ᾗ ὄνομα ῥαάβ. καὶ κατέλυσαν ἐκεῖ·

* καὶ ἀπηγγέλη τῷ βασιλεῖ ἱερειχώ, λέγοντες, ἰδοὺ 2
ἄνδρες εἰσπεπόρευνται ὧδε ἐλθὼν ὑμῶν ἰσραὴλ κατασκοπεῦ-
σαι τὴν γῆν.

* καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς ἱερειχώ, καὶ εἶπεν πρὸς 3
ῥαάβ λέγων, ἐξάγαγε τοὺς ἄνδρας τοὺς εἰσπορευμέ-
νους εἰς τὸν οἶκόν σου τὴν νύκτα, κατασκοπεῦσαι γὰρ τὴν
γῆν ἦκασιν.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

12 Et tribui Reuben, & tribui Gad, & dimidiæ tribui Menasse dixit Iosue dicendo:
13 Estote memores verbi quod præcepit vobis Moses seruus Domini, dicendo: Dominus Deus vester requiescere fecit vos, & dedit vobis terram istam. 14 Vxores vestræ, & paruuli vestri, & pecora vestra manebunt in terra quam dedit vobis Moses vltra Iordanem: & vos transibitis armati ante fratres vestros omnes viri roboris, & adiuuabitis eos:
15 Quoad requiem det Dominus fratribus vestris sicut vobis; & possideant etiam illi terram quam dominus Deus vester dabit vobis; & reuertemini in terram possessionis vestræ, & possidebitis eam, quam dedit vobis Moses seruus Domini vltra Iordanem ad ortum Solis.
16 Et responderunt Iosue dicendo: Iuxta omne quod præcepisti nobis, faciemus: & ad omnem locum quò miseris nos, ibimus.
17 Sicut omne quod accepimus ex Mose, sic accipiemus ex te: tantum sit verbum domini Dei tui in auxilium tuum, quemadmodum fuit in auxilium Mosis. 18 Omnis vir qui rebellauerit contra verbum tuum, & non acceperit dictum tuum in quocumque præceperis ei, occidatur. tantum confortare & esto robustus.

CAP. II.

ET misit Iosue filius Nun à Sitim duos viros exploratores secretò, dicendo: Ite & videte terram & Iericho. & iuerunt, & ingressi sunt in domum mulieris cauponariæ; & nomen eius Rahhab: & cubuerunt ibi. 2 Et dictum fuit regi Iericho, dicendo: Ecce viri venerunt huc nocte ex filiis Israel ad explorandum terram. 3 Et misit rex Iericho ad Rahhab, dicendo: Produc viros qui venerunt ad te, qui ingressi sunt domum tuam; quoniam ad explorandum omnem terram venerunt.

4 * וַתִּקַּח הָאִשָּׁה אֶת־שְׁנֵי הָאֲנָשִׁים וַתִּצְפְּנוֹ וַתֹּאמֶר
כֵּן בָּאוּ אֵלַי הָאֲנָשִׁים וְלֹא יָדַעְתִּי מֵאַיִן הֵמָּה׃
5 * וַיְהִי הַשַּׁעַר לִסְגּוֹר בַּחֹשֶׁךְ וְהָאֲנָשִׁים יָצָאוּ לֹא
יָדַעְתִּי אָנָה הָלְכוּ הָאֲנָשִׁים רִדְפוּ מַהֵר אַחֲרֵיהֶם
כִּי תַשִּׂיגוּם׃ 6 * וְהִיא הֶעֱלָתַם הַגָּגָה וַתִּטְמְנֵם
בְּפִשְׁתֵּי הָעֵץ הָעֲרֻכוֹת לָהּ עַל־הַגָּג׃
7 * וְהָאֲנָשִׁים רָדְפוּ אַחֲרֵיהֶם דֶּרֶךְ הַיַּרְדֵּן עַל
הַמַּעְבָרוֹת וְהַשַּׁעַר סָגָרוּ אַחֲרֵי כַּאֲשֶׁר יָצְאוּ
הָרֹדְפִים אַחֲרֵיהֶם׃
8 * וְהֵמָּה טֶרֶם יִשְׁכָּבוּן וְהִיא עָלְתָה עֲלֵיהֶם עַל־הַגָּג׃
9 * וַתֹּאמֶר אֶל־הָאֲנָשִׁים יָדַעְתִּי כִּי־נָתַן יְהוָה לָכֶם
אֶת־הָאָרֶץ וְכִי־נָפְלָה אֵימַתְכֶם עָלֵינוּ וְכִי נָמֹגוּ כָּל־
יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ מִפְּנֵיכֶם׃
10 * כִּי שָׁמַעְנוּ אֵת אֲשֶׁר־הוֹבִישׁ יְהוָה אֶת־מֵי יַם־
סוּף מִפְּנֵיכֶם בְּצֵאתְכֶם מִמִּצְרָיִם וַאֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם
לִשְׁנֵי מַלְכֵי הָאֱמֹרִי אֲשֶׁר בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן לְסִיחֹן וּלְעוֹג
אֲשֶׁר הֶחֱרַמְתֶּם אוֹתָם׃
11 * וַנִּשְׁמַע וַיִּמַּס לְבָבֵנוּ וְלֹא־קָמָה עוֹד רוּחַ בְּאִישׁ
מִפְּנֵיכֶם כִּי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם הוּא אֱלֹהִים בַּשָּׁמַיִם
מִמַּעַל וְעַל־הָאָרֶץ מִתָּחַת׃
12 * וְעַתָּה הִשָּׁבְעוּ־נָא לִי בַּיהוָה כִּי־עָשִׂיתִי עִמָּכֶם
חֶסֶד וַעֲשִׂיתֶם גַּם־אַתֶּם עִם־בֵּית אָבִי חֶסֶד וּנְתַתֶּם
לִי אוֹת אֱמֶת׃
13 * וְהַחֲיִתֶם אֶת־אָבִי וְאֶת־אִמִּי וְאֶת־אַחַי וְאֶת־אַחְוֹתַי
וְאֵת כָּל־אֲשֶׁר לָהֶם וְהִצַּלְתֶּם אֶת־נַפְשֹׁתֵינוּ מִמָּוֶת׃
14 * וַיֹּאמְרוּ לָהּ הָאֲנָשִׁים נַפְשֵׁנוּ תַּחְתֵּיכֶם לָמוּת
אִם לֹא תַגִּידוּ אֶת־דְּבָרֵנוּ זֶה וְהָיָה בְּתֵת יְהוָה לָנוּ
אֶת־הָאָרֶץ וְעָשִׂינוּ עִמָּךְ חֶסֶד וֶאֱמֶת׃
15 * וַתּוֹרִדֵם בַּחֶבֶל בְּעַד הַחַלּוֹן כִּי בֵיתָהּ בְּקִיר
הַחוֹמָה וּבַחוֹמָה הִיא יוֹשֶׁבֶת׃

4 * Tollensque mulier viros, abscondit;
& ait: Fateor, venerunt ad me, sed nescie-
5 bam vnde essent. * Cumque porta clau-
deretur in tenebris, & illi pariter exierũt:
nescio quò abierunt. Persequimini citò, &
6 comprehendetis eos. * Ipsa autem fe-
B cit ascẽdere viros in solarium domus suæ,
operuitque eos stipula lini quæ ibi erat.
7 * Hi autem qui missi fuerãt, secuti sunt
eos per viam quæ ducit ad vadum Iorda-
nis. illisque egressis statim porta clausa
est.
8 * Necdum obdormierant qui latebãt,
9 & ecce mulier ascendit ad eos: * Et ait:
Noui quòd Dominus tradiderit vobis
terram. etenim irruit in nos terror vester,
& elanguerunt omnes habitatores terræ.
10 * Audiuimus quòd siccauerit Dominus
aquas maris rubri ad vestrum introitum, Exo.14.e
quando egressi estis ex Ægypto: & quę fe-
ceritis duobus Ammorræorum regibus
qui erant trans Iordanem, Seon & Og,
quos interfeciſtis.
11 * Et hæc audientes pertimuimus, & e-
languit cor nostrum: nec remansit in no-
bis spiritus ad introitum vestrum. Domi-
nus enim Deus vester ipse est Deus in cæ-
lo sursum, & in terra deorsum.
12 * Nunc ergo iurate mihi per Domi-
num, vt quomodo ego misericordiam fe-
ci vobiscum, ita & vos faciatis cum do-
mo patris mei: detisque mihi verum sig-
num;
13 * Vt saluetis patrem meum & matrem,
fratres ac sorores meas, & omnia quæ il-
lorum sunt: & eruatis animas nostras à
morte.
14 * Qui responderunt ei: Anima nostra
sit pro vobis in mortem, si tamen non
prodideris nos. Cumque tradiderit nobis
Dominus terram, faciemus in te miseri-
cordiam & veritatem.
15 * Demisit ergo eos per funem de fe-
nestra. domus enim eius hærebat muro.

תרגום יונתן

4 וּדְבָרַת אִתְּתָא יַת תַּרְעִין גֻּבְרַיָּא וַאֲטְמָרַתְנוּן וַאֲמָרַת בְּקִשְׁטָא אֲתוֹ לְוָתִי גֻּבְרַיָּא וְלָא יְדָעִית אֵי מִנָּן אִינוּן׃
5 וַהֲוָת עִדָּן לְמֵיחַד תַּרְעָא בְּקִבְלָא וְגֻבְרַיָּא נְפָקוּ וְלָא יְדָעִית לְאָן אֲזָלוּ גֻּבְרַיָּא רְדָפוּ בְּפוּרְיַעַ בַּתְרֵיהוֹן אֲרֵי תַדְבְּקוּנוּן׃
6 וְהִיא אַסְקַתְנוּן לְאִגָּרָא וַאֲטְמַרְתְנוּן בְּטָעוּנֵי כִּיתָּנָא דְּסָרְירִין לָהּ עַל אִיגָּרָא׃ 7 וְגֻבְרַיָּא רְדַפוּ בָּתְרֵיהוֹן בְּאוֹרַח יַרְדְּנָא
עַד מְגִיזָתָא וְתַרְעָא אֶתְחַזוּ בָּתַר דִּנְפָקוּ רָדְפַיָּא בָּתְרֵיהוֹן׃ 8 וְאִינוּן עַד לָא שְׁכִיבוּ וְהִיא סְלִיקַת לְוָתְהוֹן לְאִגָּרָא׃
9 וַאֲמָרַת לְגֻבְרַיָּא יְדָעְנָא אֲרֵי יְהַב יְיָ לְכוֹן יַת אַרְעָא וַאֲרֵי אִיתְבְּרוּ אֵימַתְכוֹן עֲלָנָא וַאֲרֵי אִיתְבְּרוּ כָּל יָתְבֵי אַרְעָא מִן קֳדָמֵיכוֹן׃
10 אֲרֵי שְׁמַעְנָא יַת דְּיַבֵּישׁ יְיָ יַת מֵי יַמָּא דְסוּף מִן קֳדָמֵיכוֹן בְּמֵיפַקְכוֹן מִמִּצְרַיִם וּדְעֲבַדְתּוּן לְתַרְעִין מַלְכֵי אֱמוֹרָאֵי דִּבְעִבְרָא דְיַרְדְּנָא
לְסִיחוֹן וּלְעוֹג דַּגְמַרְתּוּן יַתְהוֹן׃ 11 וּשְׁמַעְנָא וְאִיתְמְסִי לְבָנָא וְלָא אִשְׁתְּאַרַת עוֹד רוּחַ בְּאֱנָשׁ מִן קֳדָמֵיכוֹן אֲרֵי יְיָ אֱלָהֲכוֹן
הוּא אֱלָהִים דִּשְׁכִינְתֵּיהּ בִּשְׁמַיָּא מִלְעֵלָּא וְשַׁלִּיט עַל אַרְעָא מִלְרָע׃ 12 וּכְעַן קַיְמוּ כְעַן לִי בְּמֵימְרָא דַיְיָ אֲרֵי עֲבַדִית
עִמְּכוֹן טִיבוּ וְתַעְבְּדוּן אַף אַתּוּן עִם בֵּית אַבָּא טִיבוּ וְתִתְּנוּן לִי אָת דְּקִשׁוֹט׃ 13 וְתִיחוּן יַת אַבָּא וְיַת אִמָּא וְיַת אַחַי וְיַת
אַחְוָתַי וְיַת כָּל דִּילְהוֹן וּתְשֵׁזְבוּן יַת נַפְשָׁתָנָא מִמּוֹתָא׃ 14 וַאֲמָרוּ לָהּ גֻּבְרַיָּא נַפְשָׁנָא מְסִירִין חֲלַף נַפְשֵׁיכוֹן לְמֵמַת אִם לָא
תְּחַוְיָן יַת פִּתְגָמָנָא דֵּין וִיהֵי כַּד יִתֵּן יְיָ לָנָא יַת אַרְעָא וְנַעֲבִיד עִמָּךְ טִיבוּ וְקִשׁוֹט׃ 15 וְשַׁלְשְׁלַתְנוּן בְּאַטוּנָא מִן חֲרַכָּא
אֲרֵי בֵיתָהּ בְּכוֹתֶל שׁוּרָא וּבְשׁוּרָא הִיא יָתְבָא׃

* *Et tollens mulier duos viros, abscondidit* 4
*eos. & ait eis, dicens: Ingressi sunt ad me viri, & non scio vnde erant.*

* *Postquam autem ianua claudebatur in* 5
*tenebris, & viri exierunt: non scio quò abierunt. persequimini post eos, & comprehendetis eos.*

* *Ipsa autem ascendere fecit eos in solarium,* 6
*& occultauit eos in stipula lini constipata sibi in solario.*

* *Et viri persecuti sunt post eos viam quæ* 7
*ad Iordanem ad transitiones: & porta clausa est. & factum est vt exierunt persequentes post eos.*

* *Et priusquam dormirent ipsi, et illa ascen-* 8
*dit ad solarium ad eos:*

* *Et ait ad eos: Noui quòd tradidit domi-* 9
*nus Deus vester vobis terram: irruit enim timor vester in nos, & elanguerunt omnes habitantes terram à vobis.*

* *Audiuimus enim quòd siccauit dominus* 10
*Deus mare rubrum à facie vestra, quando egressi estis ex Ægypto. & quæcunque fecistis duobus regibus Amorræorum, qui erant trans Iordanem, Seon & Og, quos interfecistis eos.*

* *Et audiētes nos obstupuimus in corde no-* 11
*stro, & non fuit vltra spiritus in vllo à facie vestra, quoniam dominus Deus noster Deus in in cælo supra, & in terra deorsum.*

* *Et nunc iurate mihi per dominum Deum* 12
*vestrum, quoniam facio vobis misericordiam, & facietis & vos misericordiam in domo patris mei: & dabitis mihi signum verum.*

* *Viuere permittetis domum patris mei,* 13
*& matrem meam, & fratres meos, & sorores meas, & omnem domum eorum, & omnia quæcunque sunt illis: & eruetis animam nostram de morte.*

* *Et dixerunt ei viri: Anima nostra pro* 14
*vobis in mortem. & ipsa dixit: Cùm tradiderit Dominus vobis vrbem, facietis in me misericordiam & veritatem.*

* *Et demisit eos per fenestram, quoniam do-* 15
*mus illius in muro, & in muro ipsa habitabat.*

4 * καὶ λαβοῦσα ἡ γυνὴ τοὺς δύο ἄνδρας ἔκρυψεν αὐτούς. καὶ εἶπεν αὐτοῖς λέγουσα, εἰσεληλύθασι πρός με ⓐ ἄνδρες, καὶ οὐκ οἶδα πόθεν ἦσαν.

5 * ὡς δὲ ἡ πύλη ἐκλείετο ἐν τῷ σκότει, καὶ ⓐ ἄνδρες ἐξῆλθον, οὐκ ἐπίσαμαι ποῦ πεπόρευνται. καταδιώξατε ὀπίσω αὐτῶν, καὶ καταλήψεσθε αὐτούς.

6 * αὐτὴ δὲ ἀνεβίβασεν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ δῶμα, καὶ ἔκρυψεν αὐτοὺς ἐν τῇ λινοκαλάμῃ τῇ ἐστοιβασμένῃ αὐτῇ ἐπὶ τοῦ δώματος.

7 * καὶ ⓐ ἄνδρες κατεδίωξαν ὀπίσω αὐτῶν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου ἐπὶ τὰς διαβάσεις. καὶ ἡ πύλη ἐκλείσθη. καὶ ἐγένετο ὡς ἐξῆλθον ⓐ καταδιώκοντες ὀπίσω αὐτῶν·

8 * καὶ πρὶν ἢ κοιμηθῆναι αὐτούς, ⓒ αὐτὴ ἀνέβη ἐπὶ τὸ δῶμα πρὸς αὐτούς.

9 * ⓒ εἶπεν πρὸς αὐτούς, ἐπίσαμαι ὅτι παρέδωκε κύριος ὁ θεὸς ὑμῖν ὑμῖν τὴν γῆν, ὅτι ἐπέπτωκεν γὰρ ὁ φόβος ὑμῶν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ κατέπηκτον πάντες ⓐ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἀφ' ὑμῶν.

10 * ἀκηκόαμεν γὰρ ὅτι κατεξήρανεν κύριος ὁ θεὸς τὴν θάλασσαν τὴν ἐρυθρὰν ἀπὸ προσώπου ὑμῶν, ὅτε ἐξεπορεύεσθε ἐξ Αἰγύπτου. καὶ ὅσα ἐποιήσατε τοῖς δυσὶ βασιλεῦσι τῶν Ἀμορραίων, οἳ ἦσαν πέραν τοῦ Ἰορδάνου, τῷ Σηὼν καὶ τῷ Ὤγ, οὓς ἐξωλεθρεύσατε αὐτούς.

11 * καὶ ἀκούσαντες ἡμεῖς ἐξέπηξαν τὴν καρδίαν ἡμῶν, ⓒ οὐκ ἔστη ἔτι πνεῦμα ἐν οὐδενὶ ἀπὸ προσώπου ὑμῶν, ὅτι κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν θεὸς ἐν οὐρανῷ ἄνω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω.

12 * καὶ νῦν ὀμόσατέ μοι κύριον τὸν θεὸν ὑμῶν, ὅτι ποιῶ ὑμῖν ἔλεος, καὶ ποιήσετε καὶ ὑμεῖς ἔλεος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου, καὶ δώσετέ μοι σημεῖον ἀληθινόν.

13 * ζωγρήσετε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, ⓒ τὴν μητέρα μου, καὶ τοὺς ἀδελφούς μου, ⓒ τὰς ἀδελφάς μου, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκον αὐτῶν, καὶ πᾶσα ὅσα ἐστὶν αὐτοῖς. καὶ ἐξελεῖσθε τὴν ψυχὴν ἡμῶν ἐκ θανάτου.

14 * ⓒ εἶπαν αὐτῇ ⓐ ἄνδρες, ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἀντὶ ὑμῶν εἰς θάνατον. ⓒ αὐτὴ εἶπεν, ὡς ἂν παραδῶ κύριος ὑμῖν τὴν πόλιν, ποιήσετε εἰς ἐμὲ ἔλεος καὶ ἀλήθειαν.

15 * καὶ κατεχάλασεν αὐτοὺς διὰ τοῦ θυρίδος, ὅτι ὁ οἶκος αὐτῆς ἐν τῷ τείχει, καὶ ἐν τῷ τείχει αὐτὴ κατῴκει.

---

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

4 Et tulit mulier duos viros, & abscondit eos, & dixit: In veritate venerunt ad me viri, & non noui vndenam illi.

5 Et fuit tempus ad coniungendam portam in crepusculo; & viri exierunt, & non noui quonam iuerint. sequimini eum festinatione post eos, nam comprehendetis eos. 6 Et illa ascendere fecit eos in tectum, & abscondit eos in manipulis lini, qui ordinati fuerant illi super tectum. 7 Et viri persecuti sunt post eos per viam Iordanis vsque ad Vada: & portam coniunxerunt postquam egressi sunt persecutores post eos. 8 Et illi nondum cubuerant, & ipsa ascendit ad eos in tectum:

9 Et dixit viris: Sciu quòd dedit vobis Deus terram, & quòd cecidit terror vester super nos, & quòd fracti sunt omnes habitatores terræ à facie vestra. 10 Namque audiuimus quòd exsiccauit Deus aquas maris Suph à facie vestra, cùm exiissetis ex Ægypto: & quæ feciſtis duobus regibus Amorræi vltra Iordanem, Sion & Ghog, quòd confeciſtis eos.

11 Et audiuimus, & liquefactum est cor nostrum, & non relictus est amplius spiritus in homine à facie vestra: quia dominus Deus vester ipse est Deus, cuius maiestas in cælis desuper, & dominatur super terram deorsum.

12 Et nunc iurate mihi in verbo Dei; nam feci vobiscū bonitatem, & facietis etiam vos cum domo patris mei bonitatem: & dabitis mihi signum veritatis: 13 Et viuere facietis patrem meum, & matrem meam, & fratres meos, & sorores meas, & omnia quæ illis: & eripietis animas nostras à morte.

14 Et dixerunt ei viri: Anima nostra tradita pro animabus vestris ad moriendum, si non prodideritis dictum hoc. Et erit quando dederit nobis Dominus terram, & faciemus tecum bonitatem & veritatem.

15 Et incatenauit eos fune de fenestra: nam domus illius in pariete muri, & in muro illa habitabat.

16 * וַתֹּאמֶר לָהֶם הָהָרָה֙ לְכ֣וּ פֶן־יִפְגְּעוּ בָכֶ֣ם
הָרֹדְפִ֔ים וְנַחְבֹּתֶ֥ם שָׁ֖מָּה שְׁלֹשֶׁ֣ת יָמִ֑ים עַ֥ד שָׁ֛ב
17 הָרֹדְפִ֖ים וְאַחַ֥ר תֵּלְכ֖וּ לְדַרְכְּכֶֽם׃ * וַיֹּאמְרוּ֙ אֵלֶ֣יהָ
הָאֲנָשִׁ֔ים נְקִיִּ֖ם אֲנַ֣חְנוּ מִשְּׁבֻעָתֵ֑ךְ הַזֶּ֕ה אֲשֶׁ֥ר
18 הִשְׁבַּעְתָּ֖נוּ׃ * הִנֵּ֣ה אֲנַ֔חְנוּ בָּאִ֖ים בָּאָ֑רֶץ אֶת־
תִּקְוַ֣ת חוּט֩ הַשָּׁנִ֨י הַזֶּ֜ה תִּקְשְׁרִ֣י בַּחַלּ֗וֹן אֲשֶׁ֤ר
הוֹרַדְתָּ֙נוּ בּ֔וֹ וְאֶת־אָבִ֥יךְ וְאֶת־אִמֵּ֖ךְ וְאֶת־אַחַ֑יִךְ
וְאֶת־כָּל־בֵּ֥ית אָבִ֖יךְ תַּאַסְפִ֥י אֵלַ֖יִךְ הַבָּיְתָֽה׃
19 * וְהָיָ֗ה כָּל־אֲשֶׁ֤ר־יֵצֵא֙ מִדַּלְתֵ֣י בֵיתֵ֔ךְ הַח֖וּצָה
דָּמ֣וֹ בְרֹאשׁ֑וֹ וַאֲנַ֣חְנוּ נְקִיִּ֔ם וְכֹ֗ל אֲשֶׁ֤ר יִהְיֶה֙ אִתָּ֔ךְ
20 בַּבַּ֖יִת דָּמ֣וֹ בְרֹאשֵׁ֑נוּ אִם־יָ֖ד תִּהְיֶה־בּֽוֹ׃ * וְאִם־
תַּגִּ֣ידִי אֶת־דְּבָרֵ֣נוּ זֶ֔ה וְהָיִ֣ינוּ נְקִיִּ֔ם מִשְּׁבֻעָתֵ֖ךְ אֲשֶׁ֥ר
21 הִשְׁבַּעְתָּֽנוּ׃ * וַתֹּ֖אמֶר כִּדְבָרֵיכֶ֣ם כֵּ֑ן הוּא֙ וַתְּשַׁלְּחֵ֔ם
22 וַיֵּלְכ֖וּ וַתִּקְשֹׁ֥ר אֶת־תִּקְוַ֖ת הַשָּׁנִ֥י בַּחַלּֽוֹן׃ * וַיֵּלְכ֗וּ
11 * Et fuit numerus dierum, quos cõmoratus est Dauid imperans in Hebron super domum Iuda, septem annorum & sex mensium.
12 * Egressúsque est Abner filius Ner, & pueri Isboseth filij Saul de castris in Ga-
13 baon. * Porrò Ioab filius Saruię & pueri Dauid egressi sunt, & occurrerunt eis iuxta piscinam Gabaon. Et cùm in vnum conuenissent, è regione sederunt hi in vna parte piscinæ, & illi ex altera.
14 * Dixítque Abner ad Ioab, Surgant pueri, & ludant coram nobis. Et respondit Ioab, Surgant.

תרגום יונתן

2 וסליק לתמן דוד ואף תרתין נשותיה אחינועם דמיזרעאל ואביגיל איתת נבל דמכרמל: 3 וגברוהי דעמיה אסיק דוד גבר
ואנש ביתיה ויתיבו בקרוי חברון: 4 ואתו גברי שבט יהודה ומשחו תמן ית דוד למהוי מלכא על דבית יהודה וחוויאו לדוד למימר
גברי יבש גלעד דקברו ית שאול: 5 ושלח דוד אזגדין לות אנשי יבש גלעד ואמר להון ברכין אתון קדם יי דעבדתון חסדא
הדין עם ריבונכון עם שאול וקברתון יתיה: 6 וכען יעבד יי עמכון טיבו וקשוט ואף אנא אעביד עמכון טבתא הדא דעבדתון
פתגמא הדין: 7 וכען יתקפן ידיכון והוו לגברין גיברין ארי מית ריבונכון שאול ואף יתי משחו דבית יהודה למהוי מלכא עליהון:
8 ואבנר בן נר רב חילא די לשאול דבר ית אישבושת בר שאול ואעבריה למחנים:
9 ואמליכיה על דבית גלעד ועל דבית אשר ועל יזרעאל ועל דבית אפרים ועל דבנימין ועל ישראל כוליהון:
10 בר ארבעין שנין אישבושת בר שאול דבר מלך על ישראל והרתין שנין מלך בתר דבית יהודה הוו בתר דוד:
11 והוה מנין יומיא דהוה דוד מלכא בחברון על דבית יהודה שבע שנין ושיתא ירחין:
12 ונפק אבנר בר נר ועבדי אישבושת בר שאול ממחנים לגבעון: 13 ויואב בר צרויה ועבדי דוד נפקו וערעונין על
ברוכתא דגבעון כחדא ושרו איליין על ברוכתא מיכא ואיליין על ברוכתא מיכא: 14 ואמר אבנר ליואב יקומון כען עולימיא ויחיכון
קדמנא ואמר יואב יקומון:

2 ✠ Et aſcendit illuc Dauid, & ambæ vxores eius Achinoem Izraelites & Abygail vxor Nabal Carmeli.

3 ✠ Et viri eius qui cum eo vnuſquiſque, & domus ſua, & habitãt in ciuitatibus Chebron.

4 ✠ Et veniunt viri Juda & vngunt Dauid ibi vt regnaret ſuper domum Iuda, & annunciauerunt Dauid, dicentes: Viri Jabis Galaad ipſi ſepelierunt Saul.

5 ✠ Et miſit Dauid nuncios ad duces Jabis Galaad, & dixit ad eos, Benedicti vos à Domino, quia feciſtis miſericordiam ſuper dominum veſtrum ſuper Saul & ſepeliſtis eum.

6 ✠ Et nunc faciat Dominus vobiſcum miſericordiam & veritatem, & ego autem faciam vobiſcum bona hæc, quia feciſtis verbum iſtud.

7 ✠ Et nunc confortentur manus veſtræ, & eſtote in filios fortes, quoniam mortuus eſt Saul dominus veſter, & quia me vnxit domus Juda ſuper ſe in regem.

8 ✠ Et Abener filius Ner princeps exercitus Saul tulit Jsboſeth filium Saul, & traduxit eum de caſtris.

9 ✠ Et regem conſtituit eum ſuper Galaad, & ſuper Aſeri, et ſuper Jzrael, & ſuper Ephraim, et ſuper Beniamin, & ſuper vniuerſum Jſrael.

10 ✠ Filius quadraginta annorum erat Jsboſeth filius Saul quando regnauit ſuper Jſrael, & duobus annis regnauit, præter domum Juda, qui fuerunt poſt Dauid.

11 ✠ Et fuit numerus dierum, quibus regnauit Dauid in Chebron ſuper domum Juda, ſeptem anni & menſes ſex.

12 ✠ Et egreſſus eſt Abener filius Ner, & pueri Jsboſeth filij Saul de caſtris collis.

13 ✠ Et Joab filius Saruia egreſſus eſt de Chebron, & pueri Dauid, & occurrunt ad inuicem ſuper fontem Gabaon: & ſederunt iſti ex vna parte, & iſti ex altera parte iuxta fontem.

14 ✠ Et dixit Abener ad Joab, Surgant iam pueri & ludant coram nobis. & dixit Joab, Surgant.

2 ✠ καὶ ἀνέβη ἐκεῖ δαυίδ, καὶ ἀμφότεραι αἱ γυναῖκες αὐτοῦ ἀχιναὰμ ἡ ἰζραηλίτις & ἀβυγαΐλ ἡ γυνὴ ναβαὰλ & καρμηλίτου.

3 ✠ καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ οἱ μετ' αὐτοῦ ἕκαστος, & ὁ οἶκος αὐτοῦ· & κατῴκουσιν ἐν ταῖς πόλεσι χεβρών.

4 ✠ καὶ ἦλθον οἱ ἄνδρες τ ἰουδαίας & χρίουσι τὸν δαυὶδ ἐκεῖ & βασιλεύειν ἐπὶ τὸν οἶκον ἰούδα· & ἀπήγγειλαν τῷ δαυίδ, λέγοντες· οἱ ἄνδρες ἰαβὶς τ γαλααδίτιδος αὐτοὶ ἔθαψαν τὸν σαούλ.

5 ✠ καὶ ἀπέστειλε δαυὶδ ἀγγέλους πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἰαβὶς τ γαλααδίτιδος, & εἶπεν πρὸς αὐτούς, εὐλογημένοι ὑμεῖς τῷ κυρίῳ, ὅτι πεποιήκατε ἔλεος ἐπὶ τὸν κύριον ὑμῶν ἐπὶ τὸν σαούλ, & ἐθάψατε αὐτόν.

6 ✠ καὶ νῦν ποιήσαι κύριος μεθ' ὑμῶν ἔλεος καὶ ἀλήθειαν, & ἐγὼ ἀποιήσω μεθ' ὑμῶν τὰ ἀγαθὰ ταῦτα, ὅτι
7 ἐποιήσατε τὸ ῥῆμα τοῦτο. ✠ καὶ νῦν κραταιώθωσαν αἱ χεῖρες ὑμῶν καὶ γίνεσθε εἰς υἱοὺς δυνατούς, ὅτι τέθνηκε σαοὺλ ὁ κύριος ὑμῶν, & ὅτι ἐμὲ κέχρικεν ὁ οἶκος ἰούδα ἐφ' ἑαυτοὺς εἰς βασιλέα.

8 ✠ καὶ ἀβενὴρ υἱὸς νὴρ ἀρχιστράτηγος σαοὺλ ἔλαβε τὸν ἰσβόσεθ υἱὸν τοῦ σαούλ, καὶ διεβίβασεν αὐτὸν ἐκ τῆς παρεμβολῆς.

9 ✠ καὶ ἐβασίλευσεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γαλααδίτιν, καὶ ἐπὶ τὸν ἀσεεί, & ἐπὶ τὸν ἰζραήλ, & ἐπὶ τὸν ἐφραΐμ, καὶ ἐπὶ βενιαμίν, & ἐπὶ πάντα ἰσραήλ.

10 ✠ υἱὸς τεσσαράκοντα ἐτῶν ἦν ἰσβόσεθ υἱὸς σαοὺλ ὅτε ἐβασίλευσεν ἐπὶ ἰσραήλ, & δύο ἔτη ἐβασίλευσεν, πλὴν τ οἴκου ἰούδα, οἳ ἦσαν ὀπίσω δαυίδ.

11 ✠ καὶ ἐγένετο ἀριθμὸς τῶν ἡμερῶν ὧν ἐβασίλευσε δαυὶδ ἐν χεβρὼν ἐπὶ τὸν οἶκον ἰούδα ἑπτὰ ἔτη & μῆνες ἕξ.

12 ✠ καὶ ἐξῆλθεν ἀβενὴρ υἱὸς νὴρ, & οἱ παῖδες ἰσβόσεθ υἱοῦ σαοὺλ ἐκ παρεμβολῆς Βαυνοῦ.

13 ✠ καὶ ἰωὰβ υἱὸς σαρουΐα ἐξῆλθεν ἐκ χεβρών, & οἱ παῖδες δαυίδ, καὶ συνέπεσαν ἀλλήλοις ἐπὶ τὴν κρήνην γαβαών· καὶ ἐκάθισαν οἵτοι ἐντεῦθεν, καὶ οἵτοι ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν κρήνην.

14 ✠ καὶ εἶπεν ἀβενὴρ πρὸς ἰωάβ, ἀναστήτωσαν δὴ τὰ παιδάρια, & παιξάτωσαν ἐνώπιον ἡμῶν· & εἶπεν ἰωάβ, ἀναστήτωσαν.

## CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[2] Et aſcendit illuc Dauid & etiam duæ vxores eius Ahhinogham, quæ erat ex Izreghel, & Abigail vxor Nabal ex Charmel.

[3] Et viros eius qui erant cum eo aſcendere fecit Dauid, virum & hominem domus eius, & ſederunt in vrbibus Hhebron.

[4] Et venerunt viri tribus Iehuda, & vnxerunt ibi Dauid vt eſſet rex ſuper *populũ* domus Iehudah, & indicauerunt Dauid, dicendo: Viri Iabes Gilghad ſunt qui ſepelierunt Saul. [5] Et miſit Dauid nuncios ad homines Iabes Gilghad, & dixit illis, Benedicti vos ante Dominum, qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino veſtro cum Saul, & ſepeliſtis eum. [6] Et nunc faciet Dominus vobiſcum bonitatem & veritatem, & etiam ego faciam vobiſcum bonum hoc, qui feciſtis verbum hoc. [7] Et nunc fortificentur manus veſtræ, & eſtote in viros robuſtos, quia mortuus eſt dominus veſter Saul, & etiam me vnxerunt *viri* domus Iehudah, vt ſim rex ſuper eos. [8] Et Abner filius Ner magiſter virtutis Saul, duxit Isboſeth filium Saul, & tranſire fecit illum ad Mahhanaim.

[9] Et regnare fecit illũ ſuper *populũ* domus Gilghad, & ſuper *populũ* domus Aſſer, & ſuper Iezraghel, & ſuper *populũ* domus Ephraim, & ſuper viros domus Biniamin, & ſuper Iſrael omnes illos. [10] Filius quadraginta annorum erat Isboſeth filius Saul, quando regnauit ſuper Iſrael, & duobus annis regnauit: verùm *viri* domus Iehudah fuerunt poſt Dauid.

[11] Et fuit numerus dierum, quibus fuit Dauid rex in Hhebron ſuper *populũ* domus Iehudah, ſeptem anni & ſex menſes.

[12] Et exiuit Abner filius Ner, & ſerui Isboſeth filij Saul ex Mahhanaim ad Gibghon.

[13] Et Ioab filius Zzaruiah, & ſerui Dauid exierunt & offenderunt illos ſuper piſcinam Gibghon ſimul, & poſuerunt ſe hi ſuper piſcinam hinc & hi ſuper piſcinam illinc. [14] Et dixit Abner ad Ioab, Surgant nunc adoleſcentes, & ludant ante nos. & dixit Ioab, Surgant.

15 * וַיָּקֻמוּ וַיַּעַבְרוּ בְמִסְפָּר שְׁנֵים עָשָׂר לְבִנְיָמִן
וּלְאִישׁ־בֹּשֶׁת בֶּן־שָׁאוּל וּשְׁנֵים עָשָׂר מֵעַבְדֵי דָוִד׃
16 * וַיַּחֲזִקוּ אִישׁ בְּרֹאשׁ רֵעֵהוּ וְחַרְבּוֹ בְּצַד רֵעֵהוּ
וַיִּפְּלוּ יַחְדָּו וַיִּקְרָא לַמָּקוֹם הַהוּא חֶלְקַת הַצֳּרִים
אֲשֶׁר בְּגִבְעוֹן׃
17 * וַתְּהִי הַמִּלְחָמָה קָשָׁה עַד־מְאֹד בַּיּוֹם הַהוּא
וַיִּנָּגֶף אַבְנֵר וְאַנְשֵׁי יִשְׂרָאֵל לִפְנֵי עַבְדֵי דָוִד׃
18 * וַיִּהְיוּ שָׁם שְׁלֹשָׁה בְּנֵי צְרוּיָה יוֹאָב וַאֲבִישַׁי
וַעֲשָׂהאֵל וַעֲשָׂהאֵל קַל בְּרַגְלָיו כְּאַחַד הַצְּבִיim
19 אֲשֶׁר בַּשָּׂדֶה׃ * וַיִּרְדֹּף עֲשָׂהאֵל אַחֲרֵי אַבְנֵר
וְלֹא־נָטָה לָלֶכֶת עַל־הַיָּמִין וְעַל־הַשְּׂמֹאל מֵאַחֲרֵי
20 אַבְנֵר׃ * וַיִּפֶן אַבְנֵר אַחֲרָיו וַיֹּאמֶר הַאַתָּה
21 זֶה עֲשָׂהאֵל וַיֹּאמֶר אָנֹכִי׃ * וַיֹּאמֶר לוֹ אַבְנֵר
נְטֵה לְךָ עַל־יְמִינְךָ אוֹ עַל־שְׂמֹאלֶךָ וְאֶחֱזֹ לְךָ אֶחָד
מֵהַנְּעָרִים וְקַח־לְךָ אֶת־חֲלִצָתוֹ וְלֹא־אָבָה
22 עֲשָׂהאֵל לָסוּר מֵאַחֲרָיו׃ * וַיֹּסֶף עוֹד אַבְנֵר
לֵאמֹר אֶל־עֲשָׂהאֵל סוּר לְךָ מֵאַחֲרַי לָמָּה אַכֶּכָּה
אַרְצָה וְאֵיךְ אֶשָּׂא פָנַי אֶל־יוֹאָב אָחִיךָ׃
23 * וַיְמָאֵן לָסוּר וַיַּכֵּהוּ אַבְנֵר בְּאַחֲרֵי הַחֲנִית אֶל־
הַחֹמֶשׁ וַתֵּצֵא הַחֲנִית מֵאַחֲרָיו וַיִּפֹּל־שָׁם וַיָּמָת
תַּחְתָּו וַיְהִי כָּל־הַבָּא אֶל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר־נָפַל שָׁם
עֲשָׂהאֵל וַיָּמֹת וַיַּעֲמֹדוּ׃
24 * וַיִּרְדְּפוּ יוֹאָב וַאֲבִישַׁי אַחֲרֵי אַבְנֵר וְהַשֶּׁמֶשׁ
בָּאָה וְהֵמָּה בָּאוּ עַד־גִּבְעַת אַמָּה אֲשֶׁר עַל־פְּנֵי־
25 גִיחַ דֶּרֶךְ מִדְבַּר גִּבְעוֹן׃ * וַיִּתְקַבְּצוּ בְּנֵי־בִנְיָמִן
אַחֲרֵי אַבְנֵר וַיִּהְיוּ לַאֲגֻדָּה אֶחָת וַיַּעַמְדוּ עַל־רֹאשׁ
26 גִּבְעָה אֶחָת׃ * וַיִּקְרָא אַבְנֵר אֶל־יוֹאָב וַיֹּאמֶר
הָלָנֶצַח תֹּאכַל חָרֶב הֲלוֹא יָדַעְתָּה כִּי־מָרָה תִּהְיֶה
בָאַחֲרוֹנָה וְעַד־מָתַי לֹא־תֹאמַר לָעָם לָשׁוּב
מֵאַחֲרֵי אֲחֵיהֶם׃

15 * Surrexerũt ergo & trãſierunt numero
D duodecim de Beniamin ex parte Isboſeth
filij Saul, & duodecim de pueris Dauid.
16 *Apprehenſóq; vnuſquiſq; capite cõpa-
ris ſui defixit gladiũ in latus contrarij, &
ceciderunt ſimul. Vocatúmq; eſt nomẽ lo
17 ci illius Ager robuſtorum in Gabaon. *Et
ortum eſt bellũ durum ſatis in die illa, fu-
gatúſque eſt Abner & viri Iſrael à pueris
18 Dauid. *Erant autem ibi tres filij Sar-
uiæ, Ioab & Abiſai & Aſahel. Porrò Aſahel
curſor velociſsimus fuit quaſi vnus de ca-
preis qui morantur in ſiluis.
19 * Perſequebatur autem Aſahel Abner,
& non declinauit ad dextram ſiue ad ſi-
niſtram, omittens perſequi Abner.
20 * Reſpexit itaque Abner poſt tergum
E ſuũ, & ait: Tu ne es Aſahel? Qui reſpon-
21 dit, Ego ſum. *Dixítq; ei Abner, Vade ad
dexterã ſiue ad ſiniſtrã, & apprehẽde vnũ
de adoleſcentibus, & tolle tibi ſpolia eius.
Noluit aũt Aſahel omittere quin vrgeret
22 eum. * Rurſũmq; locutus eſt Abner ad
Aſahel, Recede & noli me ſequi, ne fortè
cõpellar confodere te in terram, & leuare
nõ potero faciem meam ad Ioab fratrem
23 tuum. *Qui audire contempſit, & noluit
declinare. Percuſsit ergo eũ Abner auerſa
haſta in inguine, & transfodit, & mortuus
eſt in eodẽ loco. Omnes qui tranſibãt per Inf. 20. d
F locum illum in quo ciderat Aſahel &
24 mortuus erat, ſubſiſtebant. *Perſequen-
tibus autẽ Ioab & Abiſai fugientem Ab-
ner, Sol occubuit. Et venerunt vſque ad
collem aquæductus, qui eſt ex aduerſo
vallis & itineris deſerti in Gabaon.
25 *Congregatíque ſunt filij Beniamin ad
Abner, & conglobati in vnum cuneum,
ſteterunt in ſummitate tumuli vnius.
26 * Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait:
Num vſq; ad internitionem tuus mucro
deſæuiet? An ignoras quòd periculoſa ſit
deſperatio? Vſquequo non dicis populo, Nu. 17. d
vt omittat perſequi fratres ſuos?

תרגום יונתן

15 וְקָמוּ וַעֲבָרוּ בְּמִנְיַן חֲרֵי עֲשַׂר מִדְּבֵית בִּנְיָמִן וּמִדְּאִישׁ בֹּשֶׁת בַּר שָׁאוּל וּתְרֵי עֲשַׂר מֵעַבְדֵי דָוִד׃
16 וְאִתְקִיפוּ גְּבַר בְּרֵישׁ חַבְרֵיהּ וְחַרְבֵיהּ בְּסִטַר חַבְרֵיהּ וְאִתְקְטָלוּ כַּחֲדָא וּקְרָא לַאֲתְרָא הַהוּא אַחְסָנַת גְּבוּרַת קְטִילַיָּא דִי בְּגִבְעוֹן׃
17 וַהֲוָה קְרָבָא תַּקִּיף עַד לַחֲדָא בְּיוֹמָא הַהוּא וְאִיתְּבַר אַבְנֵר וְאִינְשֵׁי יִשְׂרָאֵל קֳדָם עַבְדֵי דָוִד׃
18 וַהֲווֹ תַּמָּן חִלְתָּא בְּנֵי צְרוּיָה יוֹאָב וַאֲבִישַׁי וַעֲשָׂהאֵל וַעֲשָׂהאֵל קַלִּיל בְּרַגְלוֹהִי כַּחֲדָא מִן טָבְיָא דִי בְּחַקְלָא׃
19 וּרְדַף עֲשָׂהאֵל בָּתַר אַבְנֵר וְלָא אִיתְפְּנִי לְמֵיזַל עַל יַמִּינָא וְעַל שְׂמָאלָא מִבָּתַר אַבְנֵר׃ 20 וְאִתְפְּנִי אַבְנֵר לַאֲחוֹרוֹהִי וַאֲמַר
הַאַתְּ דֵּין עֲשָׂהאֵל וַאֲמַר אֲנָא׃ 21 וַאֲמַר לֵיהּ אַבְנֵר אִיתְפְּנִי לָךְ עַל יַמִּינָךְ אוֹ עַל שְׂמָאלָךְ וְאֵחוֹד לָךְ חַד מֵעֻלַּמַיָּא וְסַב לָךְ יַת זְרִיזוּתֵיהּ
וְלָא אָבָה עֲשָׂהאֵל לְמֵיזַר מִבָּתְרוֹהִי׃ 22 וְאוֹסִיף עוֹד אַבְנֵר לְמֵימַר לְוָת עֲשָׂהאֵל זוֹר לָךְ מִבָּתְרַי לְמָה אֶקְטִלִינָךְ וְאֶרְמִינָךְ לְאַרְעָא
וְאֵיכְדֵין אֶזְקוֹף אַפַּי וְאַחְמֵי לְיוֹאָב אֲחוּךְ׃ 23 וְלָא אָבָה לְמֵיזַר וּמְחָמֵי אַבְנֵר בְּאַחֲרֵי מְזַרְנִיתָא בִּסְטַר יַרְכֵיהּ וְנִפְקַת מְזַרְנִיתָא
מֵאֲחוֹרוֹהִי וּנְפַל תַּמָּן וּמִית בְּאַתְרֵיהּ וַהֲווֹ כָּל דְּאָתֵי לְאַתְרָא דִּנְפַל תַּמָּן עֲשָׂהאֵל וּמִית וְקָיְמִין׃ 24 וּרְדַפוּ יוֹאָב וַאֲבִישַׁי בָּתַר אַבְנֵר
וְשִׁמְשָׁא עָלַת וְאִינּוּן מְטוֹ עַד גִּבְעַת אַמְתָא דְעַל אַפֵּי גֵיחַ אוֹרַח מַדְבְּרָא דְגִבְעוֹן׃ 25 וְאִתְכְּנִישׁוּ בְּנֵי בִנְיָמִן בָּתַר אַבְנֵר וַהֲווֹ לְסִיעָא
חֲדָא וְקָמוּ עַל רֵישׁ רָמָה חֲדָא׃ 26 וּקְרָא אַבְנֵר לְיוֹאָב וַאֲמַר הֲלָאַפְרֵשׁ תְּקִטוֹל חַרְבָּא הֲלָא יְדַעְתְּ אֲרֵי מָרִירָא תְּהֵי בְּסוֹפָא וְעַד
אֵימָתַי לָא תֵימַר לְעַמָּא לְמֵהַךְ מִבָּתַר אֲחֵיהוֹן׃

15 * Et ſurrexerunt & tranſierunt in numero
duodecim de filijs Beniamin Iſboſeth filij Saul,
& duodecim de pueris Dauid.

16 * Et apprehenderunt vnuſquiſque manu
caput proximi ſui, & gladius eius in latus pro-
ximi ſui, & cadunt pariter; & nomen poſitū
eſt loco illi Pars inſidiatorū quæ eſt in Gabaon.

17 * Et factum eſt bellum durum valde in die
illa; & cecidit Abener & viri Iſrael coram
pueris Dauid.

18 * Et erant ibi tres filij Saruia, Ioab, & A-
beſſa, & Aſſael: & Aſſael leuis pedibus ſuis
quaſi vna caprea quæ in agro.

19 * Et perſecutus eſt Aſſael poſt Abener, &
non declinauit vt ambularet ad dexteram ne-
que ad ſiniſtram à tergo Abener.

20 * Et reſpexit Abener poſt ſe, & ait: Tu es
ipſe Aſſael? & dixit, Ego ſum.

21 * Et dixit ipſi Abener, Declina tu ad dex-
teram vel ad ſiniſtram, et apprehende tibi vnū
de adoleſcentibus, & tolle tibi armaturā eius:
& non voluit Aſſael declinare ab his qui poſt
eum.

22 * Et addidit Abener rurſum dicere
Aſſael, Recede tu à me, vt non percutiam te in
terram: & quomodo leuabo faciem meam ad
Ioab fratrem tuum?

23 * Et non voluit Aſſael recedere; & percu-
tit eum Abener poſteriori parte haſtæ in inqui-
ne, & tranſijt lancea de poſterioribus eius, &
cadit ibi & moritur ſub eum. & factum eſt,
omnis qui veniebat vſque ad locum vbi cecidit
Aſſael, & mortuus eſt, & ſubſiſtebat.

24 * Et perſecutus eſt Ioab & Abeſſa poſt Abe-
ner, & Sol occubuit; & ipſi venerunt vſque
ad collem Amma qui ex aduerſo Gie iter de-
ſertum Gabaon.

25 * Et congregantur filij Beniamin poſt Abe-
ner, & facti ſunt in congregationem vnam,
& ſteterunt in ſummitate collis vnius.

26 * Et vocauit Abener Ioab, & dixit: Num
vſque in victoriam deuorabit mucro? nónne
ſcis quòd acerba erit in vltimis? & vſquequo
non dicis populo, vt reuertatur à tergo fratrum
ſuorum?

15 * καὶ ἀνέστησαν καὶ παρῆλθον ἐν ἀριθμῷ δώδεκα τῶν
υἱῶν βενιαμὶν καὶ ἰσβόσεθ υἱὸς σαοὺλ, καὶ δώδεκα τῶν παίδων
16 δαυίδ. * καὶ ἐκράτησαν ἕκαστος τῇ χειρὶ τῆς κεφαλῆς
καὶ πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἡ μάχαιρα αὐτοῦ εἰς τὴν πλευρὰν καὶ
πλησίον αὐτοῦ, καὶ πίπτουσι κατὰ τὸ αὐτό· καὶ ἐπεκλήθη τῷ τό-
πῳ ἐκείνῳ μερὶς τῶν ἐπιβούλων ἥ ἐστιν ἐν γαβαών.

17 * καὶ ἐγένετο ὁ πόλεμος σκληρὸς ὡς λίαν ἐν τῇ ἡμέ-
ρᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἔπεσεν ἀβενὴρ καὶ ⓘ ἄνδρες ἰσραὴλ ἐνώ-
πιον τῶν παίδων δαυίδ.

18 * καὶ ἐγένοντο ἐκεῖ τρεῖς υἱοὶ σαρουία ἰωὰβ, καὶ ἀβεσσὰ,
καὶ ἀσαὴλ· καὶ ἀσαὴλ κοῦφος τοῖς ποσὶν αὐτοῦ ὡσεὶ μία
19 δορκὰς τῶν ἐν ἀγρῷ. * καὶ κατεδίωξεν ὁ ἀσαὴλ ὀπί-
σω ἀβενήρ, καὶ οὐκ ἐξέκλινε δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ ἀπὸ ὄπισθεν ἀβενήρ.

20 * καὶ ἐπέβλεψεν ἀβενὴρ ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ εἶπε, σὺ εἶ
αὐτὸς ἀσαήλ; καὶ εἶπεν, ἐγώ εἰμι.

21 * καὶ εἶπεν αὐτῷ ἀβενήρ, ἔκκλινον σὺ εἰς τὰ δεξιὰ ἢ
εἰς τὰ ἀριστερὰ, καὶ κατάσχε σεαυτῷ ἓν τῶν παιδαρίων, καὶ
λάβε σεαυτῷ τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἠθέλησεν
ἀσαὴλ ἐκκλίναι ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν αὐτοῦ.

22 * καὶ προσέθετο ἀβενὴρ ἔτι εἰπεῖν τῷ ἀσαήλ, ἀπόστη-
θι σὺ ἀπ' ἐμοῦ, ἵνα μὴ πατάξω σε εἰς τὴν γῆν· καὶ πῶς
ἄρω τὸ πρόσωπόν μου πρὸς ἰωὰβ τὸν ἀδελφόν σου;

23 * καὶ οὐκ ἐβούλετο ἀσαὴλ ἀποστῆναι· καὶ τύπτει αὐτὸν
ὁ ἀβενὴρ ἐν τῷ ὀπίσω ⓘ δόρατι ⓘ εἰς τὴν ψύαν· καὶ
διεξῆλθεν τὸ δόρυ ἐκ τῶν ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ πίπτει ἐκεῖ
καὶ ἀποθνήσκει ὑποκάτω αὐτοῦ· καὶ ἐγένετο πᾶς ὁ ἐρ-
χόμενος ἕως τοῦ τόπου οὗ ἔπεσεν ἀσαὴλ καὶ ἀπέθανε,
καὶ ἠφίσατο.

24 * καὶ κατεδίωξεν ἰωὰβ καὶ ἀβεσσὰ ὀπίσω ἀβενήρ, καὶ ὁ
ἥλιος ἔδυνε· καὶ αὐτοὶ εἰσῆλθον ἕως τοῦ βουνοῦ ἀμμὰ τοῦ
καταπρόσωπον γαὶ ὁδὸν ἔρημον γαβαών.

25 * καὶ συναθροίζουσιν ⓘ υἱοὶ βενιαμὶν ὀπίσω ἀβενὴρ,
καὶ ἐγένοντο εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ἔστησαν ⓘ ἐπὶ κεφα-
λὴν βουνοῦ ἑνός.

26 * καὶ ἐκάλεσεν ἀβενὴρ τὸν ἰωὰβ, καὶ εἶπε, μὴ εἰς νῖκος
καταφάγεται ἡ ῥομφαία; οὐκ οἶδας ὅτι πικρὰ ἔσται εἰς
τὰ ἔσχατα; καὶ ἕως πότε οὐ μὴ εἴπῃς τῷ λαῷ ἀποστρέφειν
ἀπὸ ὄπισθεν τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν;

## CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

15 Et ſurrexerunt & tranſierunt in numero duodecim ex *populo* domus Biniamin, & ex *populo* Isboſeth filij Saul, & duodecim ex ſeruis Dauid. 16 Et inualuerunt quiſque in caput ſocij ſui, & gladius cuiuſque in latere ſocij ſui, & occiſi ſunt ſimul, & vocauit locum illum, Hæreditatem fortitudinis occiſorum, quæ eſt in Gibghon. 17 Et fuit bellum validum vſque nimis in die illa, & fractus eſt Abner & homines Iſrael ante ſeruos Dauid. 18 Et fuerunt ibi tres filij Szaruiah, Ioab & Abiſſai, & Ghaſſahel: & Ghaſſahel erat leuis in pedibus ſuis, vt vna de capreis quæ ſunt in agro. 19 Et ſecutus eſt Ghaſſahel poſt Abner, & non deflexit vt iret ſuper dextram & ſuper ſiniſtram de-poſt Abner. 20 Et conuerſus eſt Abner retro ſe, & dixit, Num tu es ille Ghaſſael? & dixit, Sum. 21 Et dixit illi Abner, Verte te ſuper dextram tuam, aut ſuper ſiniſtram tuam, & determina tibi vnum ex adoleſcentibus, & accipe arma eius. & noluit Ghaſſael recedere de-poſt illum. 22 Et addidit Abner dicere ad Ghaſſahel, Conuerte te de-poſt me. quare occidam te & proijciam te in terram, & quomodo leuabo faciem meam, & oſtendar Ioab fratri tuo? 23 Et noluit recedere: & percuſſit eum Abner in poſterioribus haſtæ, in latere fœmoris eius, & exiuit haſta à tergo illius, & cecidit ibi & mortuus eſt in loco ſuo: & fuerunt omnes qui veniebant ad locum in quo cecidit Ghaſſael, & mortuus eſt, ſubſiſtebant. 24 Et ſecuti ſunt Ioab & Abiſſai poſt Abner, & Sol occubuit, & ipſi attigerunt vſque ad collem Amtha qui eſt ſuper facies Giahh, via deſerti Gibghon. 25 Et congregati ſunt filij Biniamin poſt Abner, & fuerunt in cœtum vnum, & ſteterunt ſuper caput iugi vnius. 26 Et clamauit Abner ad Ioab, & dixit, Num quid ad ſeparationem occidet gladius? nónne noſti quòd amaritudo erit in fine? & vſquequo non dices populo vt redeat de-poſt fratres ſuos?

17 * וַיֹּאמֶר יוֹאָב חַי הָאֱלֹהִים כִּי לוּלֵא דִבַּרְתָּ כִּי
אָז מֵהַבֹּקֶר נַעֲלָה הָעָם אִישׁ מֵאַחֲרֵי אָחִיו׃
18 * וַיִּתְקַע יוֹאָב בַּשּׁוֹפָר וַיַּעַמְדוּ כָל־הָעָם וְלֹא־
יָרְדְּפוּ עוֹד אַחֲרֵי יִשְׂרָאֵל וְלֹא־יָסְפוּ עוֹד לְהִלָּחֵם׃
29 * וְאַבְנֵר וַאֲנָשָׁיו הָלְכוּ בָעֲרָבָה כָּל הַלַּיְלָה הַהוּא
וַיַּעַבְרוּ אֶת־הַיַּרְדֵּן וַיֵּלְכוּ כָּל־הַבִּתְרוֹן וַיָּבֹאוּ מַחֲנָיִם׃
30 * וְיוֹאָב שָׁב מֵאַחֲרֵי אַבְנֵר וַיְקַבֵּץ אֶת־כָּל־הָעָם
וַיִּפָּקְדוּ מֵעַבְדֵי דָוִד תִּשְׁעָה־עָשָׂר אִישׁ וַעֲשָׂהאֵל׃
31 * וְעַבְדֵי דָוִד הִכּוּ מִבִּנְיָמִן וּבְאַנְשֵׁי אַבְנֵר שְׁלֹשׁ־
32 מֵאוֹת וְשִׁשִּׁים אִישׁ מֵתוּ׃ * וַיִּשְׂאוּ אֶת־עֲשָׂהאֵל
וַיִּקְבְּרֻהוּ בְּקֶבֶר אָבִיו אֲשֶׁר בֵּית לָחֶם וַיֵּלְכוּ כָל־
הַלַּיְלָה יוֹאָב וַאֲנָשָׁיו וַיֵּאָר לָהֶם בְּחֶבְרוֹן׃

ג

2 * וַתְּהִי הַמִּלְחָמָה אֲרֻכָּה בֵּין בֵּית שָׁאוּל וּבֵין
בֵּית דָּוִד וְדָוִד הֹלֵךְ וְחָזֵק וּבֵית שָׁאוּל הֹלְכִים
2 וְדַלִּים׃ * וַיִּוָּלְדוּ לְדָוִד בָּנִים בְּחֶבְרוֹן וַיְהִי
בְכוֹרוֹ אַמְנוֹן לַאֲחִינֹעַם הַיִּזְרְעֵאלִית׃
3 * וּמִשְׁנֵהוּ כִלְאָב לַאֲבִיגַל אֵשֶׁת נָבָל הַכַּרְמֶלִי
וְהַשְּׁלִשִׁי אַבְשָׁלוֹם בֶּן־מַעֲכָה בַּת־תַּלְמַי מֶלֶךְ גְּשׁוּר׃
4 * וְהָרְבִיעִי אֲדֹנִיָּה בֶן־חַגִּית וְהַחֲמִישִׁי שְׁפַטְיָה בֶן־
5 אֲבִיטָל׃ * וְהַשִּׁשִּׁי יִתְרְעָם לְעֶגְלָה אֵשֶׁת דָּוִד אֵלֶּה
6 יֻלְּדוּ לְדָוִד בְּחֶבְרוֹן׃ * וַיְהִי כִּהְיוֹת הַמִּלְחָמָה בֵּין
בֵּית שָׁאוּל וּבֵין בֵּית דָּוִד וְאַבְנֵר הָיָה מִתְחַזֵּק בְּבֵית
7 שָׁאוּל׃ * וְלִשְׁאוּל פִּלֶגֶשׁ וּשְׁמָהּ רִצְפָּה בַּת־אַיָּה
וַיֹּאמֶר אֶל־אַבְנֵר מַדּוּעַ בָּאתָה אֶל־פִּילֶגֶשׁ אָבִי׃
8 * וַיִּחַר לְאַבְנֵר מְאֹד עַל־דִּבְרֵי אִישׁ־בֹּשֶׁת
וַיֹּאמֶר הֲרֹאשׁ כֶּלֶב אָנֹכִי אֲשֶׁר לִיהוּדָה הַיּוֹם
אֲעֶשֶׂה־חֶסֶד עִם־בֵּית שָׁאוּל אָבִיךָ אֶל־אֶחָיו
וְאֶל־מְרֵעֵהוּ וְלֹא הִמְצִיתִךָ בְּיַד דָּוִד וַתִּפְקֹד עָלַי עֲוֹן
הָאִשָּׁה הַיּוֹם׃

17 *Et ait Ioab: Viuit Deus, si locutus fuis- Inf. 20.g
ses manè, recessisset populus persequens
18 fratrē suū. *Insonuit ergo Ioab buccina,
& stetit omnis exercitus, nec pſecuti sunt
29 vltra Israel, neq; iniere certamen. *Abner
autē & viri eius abierunt per cāpestria to-
ta nocte illa, & transierunt Iordanē, & lu-
strata omni Bethoron venerunt ad castra.
30 *Porrò Ioab reuersus omisso Abner con
gregauit omnē populum, & defuerunt de
pueris Dauid decē & nouem viri excepto
31 Asahele. *Serui aūt Dauid percusserunt
de Beniamin, & de viris qui erant cū Ab-
ner trecētos sexaginta, qui & mortui sunt.
32 *Tulerúntq; Asahel & sepelierunt eū in
sepulchro patris sui in Bethleem, & ambu
lauerunt tota nocte, Ioab & viri qui erant
cum eo, & in ipso crepusculo peruenerunt
in Hebron. CAP. III.

1 FActa est ergo longa cōcertatio inter do
A mū Dauid, & inter domū Saulis; Dauid
proficiens & semper seipso robustior, do-
2 mus autē Saul decrescens quotidie. *Na-
tíq; sunt filij Dauid in Hebrō. Fuítq; pri-
mogenitus eius Amnon de Achinoē Iez-
3 raelite. *Et post eum Cheleab de Abigail
vxore Nabal Carmeli. Porrò tertius Ab-
salom filius Maacha, filiæ Tholomai regis
4 Gessur. *Quartus autem Adonias filius
Agith. Et quintus Saphatias filius Abithal.
5 *Sextus quoq; Hietraam de Egla vxore
Dauid. Hi nati sunt Dauid in Hebron.
6 *Cùm ergo esset prēliū inter domū Saul
& domū Dauid, Abner filius Ner regebat
7 domum Saul. *Fuerat aūt Sauli cōcubi-
B na nomine Respha filia Achia. Dixítque
Isboseth ad Abner: Quare ingressus es ad
8 concubinā patris mei? *Qui īratus ni-
mis propter verba Isboseth, ait: Nunquid
caput canis ego sum aduersū Iudā hodie?
qui fecerim misericordiā super domū Saul
patris tui, & sup fratres & ꝓximos eius, &
non tradidi te in manus Dauid, & tu re-
quisisti me ꝙ argueres pro muliere hodie?

תרגום יונתן

17 וַאֲמַר יוֹאָב קַיָּם הוּא יְיָ אֲרֵי אִילּוֹלָפוּן מֵלֵילְתָּא אֲרֵי בְּכֵין פּוּן מֵעִידָן צַפְרָא אִסְתַּלַּק גְּבַר מִבָּתַר אֲחוֹהִי׃
18 וּתְקַע יוֹאָב בְּשׁוֹפָרָא וְקָמוּ כָל עַמָּא וְלָא רַדַפוּ עוֹד בָּתַר יִשְׂרָאֵל וְלָא אוֹסִיפוּ עוֹד לַאֲגָחָא׃ 29 וְאַבְנֵר וְגֻבְרוֹהִי הַלִּיכוּ
בְּמֵישְׁרָא כָּל לֵילְיָא הַהוּא וַעֲבָרוּ יַת יַרְדְּנָא וְאַזְלוּ כָּל בִּתְרוֹן וְאֲתוֹ לְמַחֲנָיִם׃ 30 וְיוֹאָב תָּב מִבָּתַר אַבְנֵר וְכַנֵּשׁ יַת כָּל עַמָּא וּשְׁגוּ מֵעַבְדֵי
דָּוִד תְּשַׁע עֲשַׂר גַּבְרָא וַעֲשָׂהאֵל׃ 31 וְעַבְדֵי דָוִד קְטָלוּ מִבְּנֵי בִנְיָמִן וּבְגֻבְרֵי אַבְנֵר תְּלַת מְאָה וְשִׁתִּין גַּבְרָא מִיתוּ׃
32 וּנְטָלוּ יַת עֲשָׂהאֵל וּקְבָרוּהִי בְּקִבְרָא דַּאֲבוּהִי דִּי בְּבֵית לָחֶם וַאֲזַלוּ כָּל לֵילְיָא יוֹאָב וְגֻבְרוֹהִי וּנְהַר לְהוֹן בְּחֶבְרוֹן׃

ג

1 וַהֲוָה קְרָבָא תַּקִּיף בֵּין בֵּית שָׁאוּל וּבֵין בֵּית דָּוִד וּבֵית דָּוִד אָזֵל וְתַקִּיף וּבֵית שָׁאוּל אָזְלִין וּמְאָכְכִין׃
2 וְאִתְיְלִידוּ לְדָוִד בְּנִין בְּחֶבְרוֹן וַהֲוָה בְּכְרֵיהּ אַמְנוֹן לַאֲחִינֹעַם דְּמִיזְרְעֶאל׃ 3 וְתִנְיָנֵיהּ כִּלְאָב לַאֲבִיגַיִל אִתַּת נָבָל דְּמִכַּרְמֶלָא
וְתָלִיתָאָה אַבְשָׁלוֹם בַּר מַעֲכָה בַּת תַּלְמַי מַלְכָּא דְגִשּׁוּר׃ 4 וּרְבִיעָאָה אֲדוֹנִיָּה בַּר חַגִּית וַחֲמִשָׁאָה שְׁפַטְיָה בַּר אֲבִיטָל׃ 5 וּשְׁתִיתָאָה
יִתְרְעָם לְעֶגְלָה אִתַּת דָּוִד אִלֵּין אִתְיְלִידוּ לְדָוִד בְּחֶבְרוֹן׃ 6 וַהֲוָה כַּד הֲוָה קְרָבָא בֵּין בֵּית שָׁאוּל וּבֵין בֵּית דָּוִד וְאַבְנֵר הֲוָה מִתְקַף בְּבֵית
שָׁאוּל׃ 7 וּלְשָׁאוּל לְחֵינְתָא וּשְׁמַהּ רִצְפָּה בַּת אַיָּה וַאֲמַר אִישׁ־בֹּשֶׁת לְאַבְנֵר מָה דֵּין עַלְתָּא לְוַת לְחֵינְתָא דַּאֲבָא׃
8 וּתְקַף לְאַבְנֵר לַחֲדָא עַל פִּתְגָמֵי אִישׁ־בֹּשֶׁת וַאֲמַר הֲלָא רֵישָׁא דְכַלְבָּא אֲנָא מִכְּעַן חַוְיֵתִי גְּבַר הֲדָיוֹט לְשָׁאוּל דְּבֵית יְהוּדָה יוֹמָא דֵּין
אֶעְבֵיד טֵיבוּ עִם בֵּית שָׁאוּל אֲבוּךְ עִם אֲחוֹהִי וְעִם רַחֲמוֹהִי וְלָא מְסַרְתָּךְ בִּידָא דְּדָוִד וּמְכַּעַן אַרְתַּ מְסָעַר עֲלַי חוֹב אִתְּתָא יוֹמָא דֵּין׃

27 *Et dixit Joab, Viuit Dominus, quoniam niſi locutus fuiſſes, quoniã tunc de mane aſcendiſſet populus mane vnuſquiſque poſt fratrem ſuum.* 28 *Et buccinauit Joab buccina, & ceſſit omnis populus & non perſecutus eſt amplius poſt Iſrael, & non additus eſt vltra pugnare.* 29 *Et Abener & viri eius abierunt in occaſum tota nocte illa, & tranſierunt Jordanem, & tranſierunt totam planiciem, & veniunt in caſtra.* 30 *Et Joab reuerſus eſt ab Abener, & congregauit omnem populum: et recenſiti ſunt de pueris Dauid qui cecidérũt, nouem & decem viri, & Aſſael.* 31 *Et pueri Dauid percuſſerunt de filijs Beniamin de viris Abener trecentos & ſexaginta viros.* 32 *Et tollunt Aſſael & ſepeliunt eum in ſepulchro patris ſui in Bethleëm, & ambulauerunt tota nocte Joab & viri eius, & lux orta eſt ipſis in Chebron.*

CAP. III.

1 ET *facta eſt concertatio multum inter domũ Saul & inter domum Dauid: & domus Dauid procedebat & fortificabatur, & domus Saul procedebat & debilis fiebat.* 2 *Et nati ſunt Dauid in Chebron filij ſex, & erat primogenitus eius Amnon Achinaam Izraelitæ.*

3 *Et ſecundus eius Celeab Abygail Carmeli: & tertius Abeſalon filius Maacha filiæ Thalmi regis Geeſſer.* 4 *Et quartus Adonia filius Aggith: & quintus Saphatias Abitaal.*

5 *Et ſextus Jethran Egal vxoris Dauid: iſti nati ſunt ipſi Dauid in Chebron.* 6 *Et factum eſt cùm eſſet prælium inter domum Saul et inter domum Dauid; & Abener erat regens domum Saul.* 7 *Et Saul erat concubina, & nomen ei Reſpha filia Aia; & dixit Iſboſeth filius Saul ad Abener, Quare ingreſſus es ad concubinam patris mei?*

8 *Et iratus eſt Abener nimis de verbo hoc Iſboſeth: & dixit ei Abener, Nunquid caput canis ſum? & feci miſericordiam cum domo Saul patris tui, & de fratribus, & de proximis eius, & non transfugi in domum Dauid: & requiris in me de iniuria mulieris hodie?*

27 καὶ εἶπεν ἰωὰβ, ζῇ κύριος, ὅτι εἰ μὴ ἐλάλησας, διότι τότε ἐκ πρωΐθεν ἀνέβη ἂν ὁ λαὸς πρωΐθεν ἕκαστος κατόπισθεν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. 28 καὶ ἐσάλπισεν ἰωὰβ τῇ σάλπιγγι, καὶ ἀπέστησε πᾶς ὁ λαὸς καὶ οὐκέτι κατέδιωκεν ὀπίσω τοῦ ἰσραὴλ, καὶ οὐ προσέθεντο ἔτι πολεμεῖν. 29 καὶ ἀβενὴρ καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ ἀπῆλθον εἰς δυσμὰς ὅλην τὴν νύκτα ἐκείνην· καὶ διέβησαν τὸν ἰορδάνην, καὶ ἐπορεύθησαν ὅλῃ τῇ βαταίνοσαν, καὶ ἔρχονται εἰς παρεμβολάς. 30 καὶ ἰωὰβ ἀνέστρεψεν ἀπὸ τοῦ ἀβενὴρ, καὶ συνήθροισε πάντα τὸν λαόν· καὶ ἐπεσκέπησαν τῶν παιδῶν δαυὶδ οἱ πεπληγότες ἐννέα καὶ δέκα ἄνδρες, καὶ ἀσαήλ. 31 καὶ οἱ παῖδες δαυὶδ ἐπάταξαν τῶν υἱῶν βενιαμὶν τῶν ἀνδρῶν ἀβενὴρ τριακοσίους καὶ ἑξήκοντα ἄνδρας. 32 καὶ αἴρουσι τὸν ἀσαὴλ καὶ θάπτουσιν αὐτὸν ἐν τῷ τάφῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ ἐν βηθλεέμ· καὶ ἐπορεύθησαν ὅλην τὴν νύκτα ἰωὰβ καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ, καὶ διεφωτίσθη αὐτοῖς ἐν χεβρών. γ'.

1 Καὶ ἐγένετο πόλεμος ἀπὸ οἴκου σαὺλ καὶ ἀνδρῶν τοῦ οἴκου δαυίδ, καὶ ὁ οἶκος δαυὶδ ἐπορεύετο καὶ ἐκραταιοῦτο· καὶ ὁ οἶκος σαὺλ ἐπορεύετο καὶ ἠσθένει. 2 καὶ ἐτέχθησαν τῷ δαυὶδ ἐν χεβρὼν υἱοὶ ἓξ, καὶ ἦν ὁ πρωτότοκος αὐτοῦ ἀμνὼν τοῦ ἀχιναάμ τῆς ἰζραηλίτιδος. 3 καὶ ὁ δεύτερος αὐτοῦ χελέαβ τοῦ ἀβιγαὶλ τῆς καρμηλίας· καὶ ὁ τρίτος ἀβεσαλὼν υἱὸς μααχὰ θυγατρὸς θολμὶ βασιλέως γεεσσήρ. 4 καὶ ὁ τέταρτος ἀδωνία υἱὸς ἀγγίθ· καὶ ὁ πέμπτος σαφατίας τοῦ ἀβιταάλ. 5 καὶ ὁ ἕκτος ἰεθρὰμ τοῦ αἰγὰλ γυναικὸς δαυίδ· οὗτοι ἐτέχθησαν αὐτῷ τῷ δαυὶδ ἐν χεβρών. 6 καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι τὸν πόλεμον ἀνὰ μέσον τοῦ οἴκου σαὺλ καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ οἴκου δαυίδ, καὶ ἀβενὴρ ἰσχυρὸς κραταιοῦτο ἐν τῷ οἴκῳ σαὺλ. 7 καὶ τῷ σαὺλ ἦν παλλακή, καὶ ὄνομα αὐτῇ ρεσφὰ θυγάτηρ αἰά· καὶ εἶπεν ἰσβόσεθ υἱὸς σαὺλ πρὸς ἀβενὴρ, τί ὅτι εἰσῆλθες πρὸς τὴν παλλακὴν τοῦ πατρός μου. 8 καὶ ἐθυμώθη ἀβενὴρ σφόδρα περὶ τοῦ λόγου τούτου τῷ ἰσβόσεθ· καὶ εἶπεν αὐτῷ ἀβενήρ, μὴ κεφαλὴ κυνός εἰμι; καὶ ἐποίησα ἔλεος μετὰ τοῦ οἴκου σαὺλ τοῦ πατρός σου, καὶ περὶ ἀδελφῶν καὶ περὶ γνωρίμων αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐνετόμησά σε εἰς τὸν οἶκον δαυίδ, καὶ ἐπιζητεῖς ἐπ' ἐμὲ περὶ ἀδικίας γυναικὸς σήμερον;

CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

27 Et dixit Ioab, Permanet ipſe Dominus, quia niſi locutus eſſes quòd tunc fortè à tempore auroræ aſcendiſſet vir de-poſt fratrem ſuum. 28 Et clanxit Ioab in cornu, & ſteterunt omnis populus, & non ſecuti ſunt amplius poſt Iſrael, & non addiderunt amplius congredi. 29 Et Abner & viri eius ambulauerunt in planicie omnem noctem illam, & tranſierunt Iordenam, & perambulauerunt omnem Bithron, & venerunt ad Mahhanaim. 30 Et Ioab redijt de-poſt Abner, & congregauit omnem populum, & defecerunt ex ſeruis Dauid nouendecim viri & Ghaſſael. 31 Et ſerui Dauid occiderunt ex viris domus Biniamin, & in viris Abner, trecenti & ſexaginta viri mortui ſunt. 32 Et tulerunt Ghaſſael & ſepelierunt illum in ſepulchro patris ſui, quod erat in Bethlehem: & ambulauerunt omnem noctem Ioab & viri eius, & illuxit illis in Hhebron. CAP. III.

ET fuit bellum validũ inter domũ Saul & inter domum Dauid: & domus Dauid ambulabat & prævalebat, & viri domus Saul ambulabant & deficiebant. 2 Et nati ſunt Dauid filij in Hhebron, & fuit primogenitus eius Amnon Ahhinogham quæ ex Iezraghel. 3 Et ſecundus eius Chilab Abigail vxoris Nabal, quæ ex Charmela: & tertius Abſalom filius Maghacha filiæ Thalmai regis Geſſur. 4 Et quartus Adoniah filius Hhagith, & quintus Sephatiah filius Abytal. 5 Et ſextus Iithragham Gheghæ vxoris Dauid; hi geniti ſunt Dauidi in Hhebron. 6 Et fuit quando fuit bellum inter domum Saul & inter domum Dauid, & Abner præeminebat in domo Saul. 7 Et Sauli fuerat concubina, & nomen illius Riſzpah filia Aiah; & dixit Iſboſeth ad Abner, Vt quid intraſti ad concubinam patris mei? 8 Et fuit ira Abnero valdè ſuper verba Iſboſeth, & dixit, Nunquid caput canis ſum ego? ex-nunc fui abiectus reliquijs domus Iehudah: hodie feci bonitatem cum domo Saul patris tui, cum fratribus tuis, & cum amicis tuis, & non tradidi te in manu Dauid, & nunc tu viſitas ſuper me culpam mulieris hodie?

9 * כֹּה־יַעֲשֶׂה אֱלֹהִים לְאַבְנֵר וְכֹה יֹסִיף לּוֹ
כִּי כַּאֲשֶׁר נִשְׁבַּע יְהוָה לְדָוִד כִּי־כֵן אֶעֱשֶׂה־לּוֹ׃
10 * לְהַעֲבִיר הַמַּמְלָכָה מִבֵּית שָׁאוּל וּלְהָקִים אֶת־
כִּסֵּא דָּוִד עַל־יִשְׂרָאֵל וְעַל־יְהוּדָה מִדָּן וְעַד־בְּאֵר
11 שָׁבַע׃ * וְלֹא־יָכֹל עוֹד לְהָשִׁיב אֶת־אַבְנֵר דָּבָר
12 מִיִּרְאָתוֹ אֹתוֹ׃ * וַיִּשְׁלַח אַבְנֵר מַלְאָכִים
אֶל־דָּוִד תַּחְתָּו לֵאמֹר לְמִי־אֶרֶץ לֵאמֹר כָּרְתָה
בְרִיתְךָ אִתִּי וְהִנֵּה יָדִי עִמָּךְ לְהָסֵב אֵלֶיךָ אֶת־כָּל־
13 יִשְׂרָאֵל׃ * וַיֹּאמֶר טוֹב אֲנִי אֶכְרֹת אִתְּךָ בְרִית
אַךְ דָּבָר אֶחָד אָנֹכִי שֹׁאֵל מֵאִתְּךָ לֵאמֹר לֹא־תִרְאֶה
אֶת־פָּנַי כִּי אִם־לִפְנֵי הֲבִיאֲךָ אֶת מִיכַל בַּת־
שָׁאוּל בְּבֹאֲךָ לִרְאוֹת אֶת־פָּנָי׃
14 * וַיִּשְׁלַח דָּוִד מַלְאָכִים אֶל־אִישׁ־בֹּשֶׁת בֶּן־
שָׁאוּל לֵאמֹר תְּנָה אֶת־אִשְׁתִּי אֶת־מִיכַל אֲשֶׁר
אֵרַשְׂתִּי לִי בְּמֵאָה עָרְלוֹת פְּלִשְׁתִּים׃
15 * וַיִּשְׁלַח אִישׁ בֹּשֶׁת וַיִּקָּחֶהָ מֵעִם אִישׁ מֵעִם
פַּלְטִיאֵל בֶּן־לָוִשׁ׃
16 * וַתֵּלֶךְ אִתָּהּ אִישָׁהּ הָלוֹךְ וּבָכֹה אַחֲרֶיהָ עַד־
בַּחֻרִים וַיֹּאמֶר אֵלָיו אַבְנֵר לֵךְ שׁוּב וַיָּשָׁב׃
17 * וּדְבַר־אַבְנֵר הָיָה עִם־זִקְנֵי יִשְׂרָאֵל לֵאמֹר
גַּם־תְּמוֹל גַּם־שִׁלְשֹׁם הֱיִיתֶם מְבַקְשִׁים אֶת־דָּוִד
18 לִמְלֹךְ עֲלֵיכֶם׃ * וְעַתָּה עֲשׂוּ כִּי יְהוָה אָמַר
אֶל־דָּוִד לֵאמֹר בְּיַד׀ דָּוִד עַבְדִּי הוֹשִׁיעַ אֶת־עַמִּי
יִשְׂרָאֵל מִיַּד פְּלִשְׁתִּים וּמִיַּד כָּל־אֹיְבֵיהֶם׃
19 * וַיְדַבֵּר גַּם־אַבְנֵר בְּאָזְנֵי בִנְיָמִין וַיֵּלֶךְ גַּם־אַבְנֵר
לְדַבֵּר בְּאָזְנֵי דָוִד בְּחֶבְרוֹן אֵת כָּל־אֲשֶׁר־טוֹב בְּעֵינֵי
יִשְׂרָאֵל וּבְעֵינֵי כָּל־בֵּית בִּנְיָמִן׃
20 * וַיָּבֹא אַבְנֵר אֶל־דָּוִד חֶבְרוֹן וְאִתּוֹ עֶשְׂרִים
אֲנָשִׁים וַיַּעַשׂ דָּוִד לְאַבְנֵר וְלָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר־אִתּוֹ
מִשְׁתֶּה׃

9 * Hęc faciat Deus Abner & hæc addat ei, nisi quomodo iurauit Dñs Dauid, sic faciam cum eo: Inf. eod.
10 * Vt transferatur regnũ de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid super Israel, & super Iudam à Dan vsque Bersabee.
11 * Et non potuit respondere ei quicquã, quia metuebat illum.
12 * Misit ergo Abner nuncios ad Dauid pro se dicentes; Cuius est terra? Et vt loquerentur. Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum & reducam ad te vniuersum Israel.
13 * Qui ait: Optimè. ego faciam tecum amicitias, sed vnam rem peto à te, dicens: Non videbis faciem meam antequam adduxeris mihi Michol, filiam Saul, & sic venies & videbis me.
14 * Misit autem Dauid nuncios ad Isboseth filium Saul, dicens: Redde vxorem meam Michol quam despondi mihi centum præputijs Philistijm. I. Reg. 18. b
15 * Misit ergo Isboseth & tulit eam à viro suo Phaltiel filio Lais.
16 * Sequebatúrque eam vir suus plorans vsque Bahurim. Et dixit ad eũ Abner, Vade & reuertere. Qui reuersus est.
17 * Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel, dicẽs: Tam heri quàm nudiustertius quærebatis Dauid vt regnaret super vos.
18 * Nunc ergo facite, quoniã Dominus locutus est ad Dauid, dicens: In manu serui mei Dauid saluabo populum meum Israel de manu Philistijm & omniũ inimicorum eius.
19 * Locutus est autem Abner etiam ad Beniamin. Et abijt vt loqueretur ad Dauid in Hebron omnia quæ placuerant Israeli & vniuerso Beniamin.
20 * Venítque ad Dauid in Hebron cum viginti viris. Et fecit Dauid Abner & viris eius qui venerant cum eo conuiuium.

---

תרגום יונתן

9 כְּדֵין יַעְבִּיד יְיָ לְאַבְנֵר וּכְדֵין יוֹסִיף לֵיהּ אֲרֵי כְּמָה דְקַיֵּים יְיָ לְדָוִד אֲרֵי כְּדֵין אֶעְבֵּיד לֵיהּ׃
10 לְאַעְבָּרָא מַלְכוּתָא מִבֵּית שָׁאוּל
וּלְאָקָמָא יַת כָּרְסֵי דָוִד עַל יִשְׂרָאֵל וְעַל דְּבֵית יְהוּדָה מִדָּן וְעַד בְּאֵר שָׁבַע׃
11 וְלָא יָכִיל עוֹד לְאָתָבָא יַת אַבְנֵר פִּיתְגָמָא מִדְּרָחֵל מִנֵּהּ׃
12 וְשְׁלַח אַבְנֵר אִזְגַּדִּין לְוַת דָּוִד מֵאַתְרֵיהּ לְמֵימַר מִקַּיְמְנָא בְּמַן
דְּעֵבַד אַרְעָא לְמֵימַר גְּזַר קְיָמָךְ עִמִּי וְהָא יְדִי עִמָּךְ לְאַסְחָרָא לְוָתָךְ יַת כָּל יִשְׂרָאֵל׃
13 וַאֲמַר טָב אֲנָא אֶגְזַר עִמָּךְ קְיָם בְּרַם פִּתְגָמָא
חַד אֲנָא שָׁאֵיל מִנָּךְ לְמֵימַר לָא תֶחֱזֵי יַת אַפַּי אֱלָהֵן קֳדָם מֵיתָיְתָךְ יַת מִיכַל בַּת שָׁאוּל כַּד אָתְיָא לְאִיתְחַזָּאָה קֳדָמַי׃
14 וּשְׁלַח דָּוִד אִזְגַּדִּין לְוַת אִישׁ בּוֹשֶׁת בַּר שָׁאוּל לְמֵימַר הַב יַת אִתְּתִי יַת מִיכַל דְּאַרְסֵית לִי בְּמְאָה עָרְלָת פְּלִשְׁתָּאֵי׃
15 וּשְׁלַח אִישׁ בּוֹשֶׁת וְדַבְּרָה מִלְוַת בַּעְלָהּ מִלְוַת פַּלְטִיאֵל בַּר לַיִשׁ׃
16 וַאֲזַל עִמָּהּ בַּעְלָהּ אָזֵיל וּבָכֵי בַּתְרָהָא עַד עַלְּמָת וַאֲמַר לֵיהּ אַבְנֵר אֲיזֵיל תּוּב וְהַב׃
17 וּפִתְגָמָא אַבְנֵר הֲוָה עִם סָבֵי יִשְׂרָאֵל לְמֵימַר אַף תְּמָלֵי אַף תְּרֵין זִמְנִין בָּעַן יַת דָּוִד לְמֶהֱוֵי מַלְכָא עֲלֵיכוֹן׃
18 וּכְעַן עֲבִידוּ אֲרֵי יְיָ אֲמַר לְדָוִד לְמֵימַר בְּיַד דָּוִד עַבְדִּי אֲפָרוֹק יַת עַמִּי יִשְׂרָאֵל מִיַּד פְּלִשְׁתָּאֵי וּמִיַּד כָּל בַּעֲלֵי דְבָבֵיהוֹן׃
19 וּמַלֵּיל אַף אַבְנֵר קֳדָם בְּנֵי בִנְיָמִן וַאֲזַל אַף אַבְנֵר לְמַלָּלָא קֳדָם דָּוִד בְּחֶבְרוֹן יַת כָּל דְּתַקֵּן בְּעֵינֵי יִשְׂרָאֵל וּבְעֵינֵי כָּל בְּנֵי בִנְיָמִן׃
20 וַאֲתָא אַף אַבְנֵר לְוַת דָּוִד לְחֶבְרוֹן וְעִמֵּיהּ עֶשְׂרִין גְּבָרִין וַעֲבַד דָּוִד לְאַבְנֵר וּלְגֻבְרַיָּא דְעִמֵּיהּ מִשְׁתְּיָא׃

9 ✱ Hæc faciat mihi Deus & hæc addat, quòd ſicut iurauit Dominus Dauid, ſic faciam ei in die hac:

10 ✱ Vt auferat regnum à domo Saul, & eleuet thronum Dauid ſuper Iſrael, & ſuper Iudam à Dan vſque ad Berſabee.

11 ✱ Et non potuit rurſum Iſboſeth reſpondere Abener verbum, eò quòd metuebat illum.

12 ✱ Et miſit Abener nuncios ad Dauid in Chebron, dicens: Pange fœdus tuum mecum, & ecce manus mea tecum vt reducam ad te omnem Iſrael.

13 ✱ Et dixit Dauid, Bene: ego pangam ad te fœdus, cæterùm verbum vnum ego peto à te, dicens: Non videas faciem meam niſi adduxeris Mechol filiam Saul veniente te ad videndum faciem meam.

14 ✱ Et miſit Dauid nuncios ad Iſboſeth filium Saul, dicens: Redde mihi vxorem meam Mechol, quam accepi in centum præputijs Philiſtijm.

15 ✱ Et miſit Iſboſeth, & accepit eam à viro ſuo Phaltiel filio Lais.

16 ✱ Et ibat poſt eam vir eius pergens & plorans poſt eam vſque ad Bachurim. & dixit Abener ad eum, Vade & reuertere: & reuerſus eſt.

17 ✱ Et ſermo Abener factus eſt ad ſeniores Iſrael, & dixit, Heri & nudiustertius quærentes fuiſtis Dauid vt regnaret ſuper vos.

18 ✱ Et nunc facite; quia Dominus locutus eſt de Dauid, dicens: In manu ſerui mei Dauid ſaluabo populum meum Iſrael de manu Philiſtijm, & de manu omnium inimicorum eius.

19 ✱ Et locutus eſt Abener & in aures filiorum Beniamin: & abijt Abener vt loqueretur in aures Dauid in Chebron omnia quæ placebant in oculis filiorum Iſrael, & in oculis vniuerſæ domus Beniamin.

20 ✱ Et venit Abener ad Dauid in Chebron, & cum eo viginti viri: & fecit Dauid Abener & viris qui cum eo conuiuium.

9 ✱ τάδε ποιήσαι μοι ὁ θεὸς & τάδε προσθείη, ὅτι καθὼς ὤμοσε κύριος τῷ δαυὶδ, ὅτως ποιήσω αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ·

10 ✱ περιελεῖν τὴν βασιλείαν ἀπὸ τοῦ οἴκου σαοὺλ, καὶ ἀναστῆσαι τὸν θρόνον δαυὶδ ἐπὶ τὸν ἰσραὴλ & ἐπὶ τὸν ἰούδαν ἀπὸ δὰν ἕως βηρσαβεέ.

11 ✱ καὶ οὐκ ἠδυνήθη ἔτι ἰσβόσεθ ἀνταποκριθῆναι τῷ ἀβενὴρ ῥῆμα ἀπὸ τοῦ φοβηθῆναι αὐτόν.

12 ✱ καὶ ἀπέστειλεν ἀβενὴρ ἀγγέλους πρὸς δαυὶδ εἰς χεβρὼν, λέγων· διάθου διαθήκην σου μετ' ἐμοῦ, καὶ ἰδοὺ ἡ χείρ μου μετὰ σοῦ τοῦ ἐπιστρέψαι πρὸς σὲ πάντα τὸν ἰσραήλ.

13 ✱ καὶ εἶπε δαυίδ, καλῶς ἐγὼ διαθήσομαι πρὸς σὲ διαθήκην, πλὴν λόγον ἕνα ἐγὼ αἰτοῦμαι παρὰ σοῦ, λέγων· ἐὰν μὴ ἴδῃς τὸ πρόσωπόν μου ἐὰν μὴ ἀγάγῃς τὴν μεχὸλ θυγατέρα σαοὺλ παραγινομένου σου ἰδεῖν τὸ πρόσωπόν μου.

14 ✱ καὶ ἐξαπέστειλε δαυὶδ ἀγγέλους πρὸς ἰσβόσεθ υἱὸν σαοὺλ, λέγων· ἀπόδος μοι τὴν γυναῖκά μου τὴν μεχόλ, ἣν ἔλαβον ἐν ἑκατὸν ἀκροβυστίαις ἀλλοφύλων.

15 ✱ καὶ ἀπέστειλεν ἰσβόσεθ καὶ ἔλαβεν αὐτὴν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς φαλτιὴλ υἱοῦ λαΐς.

16 ✱ καὶ ἐπορεύετο μετ' αὐτῆς ὁ ἀνὴρ αὐτῆς πορευόμενος καὶ κλαίων ὀπίσω αὐτῆς ἕως βαχουρίμ· καὶ εἶπεν ἀβενὴρ πρὸς αὐτόν· πορεύου & ἀνάστρεφε· & ἀνέστρεφεν.

17 ✱ καὶ λόγος ἀβενὴρ ἐγένετο πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους ἰσραήλ, & εἶπεν· χθὲς & τρίτης ζητοῦντες ἦτε δαυὶδ βασιλεῦσαι ἐφ' ὑμᾶς.

18 ✱ καὶ νῦν ποιήσατε, ὅτι κύριος ἐλάλησε περὶ δαυὶδ, λέγων, ἐν χειρὶ τοῦ δούλου μου δαυὶδ σώσω τὸν λαόν μου ἰσραὴλ ἐκ χειρὸς τῶν ἀλλοφύλων καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ.

19 ✱ καὶ ἐλάλησεν ἀβενὴρ & εἰς τὰ ὦτα τῶν υἱῶν βενιαμίν, & ἐπορεύθη ἀβενὴρ τοῦ λαλῆσαι εἰς τὰ ὦτα δαυὶδ εἰς χεβρὼν πάντα ὅσα ἤρεσκεν ἐν ὀφθαλμοῖς υἱῶν ἰσραήλ, & ἐν ὀφθαλμοῖς παντὸς οἴκου βενιαμίν.

20 ✱ καὶ ἦλθεν ἀβενὴρ πρὸς δαυὶδ εἰς χεβρὼν & μετ' αὐτοῦ εἴκοσι ἄνδρες· & ἐποίησε δαυὶδ τῷ ἀβενὴρ & τοῖς ἀνδράσι τοῖς μετ' αὐτοῦ πότον.

---

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[9] Sic faciat Dominus Abner & ſic addat illi, quòd ſicut firmauit Dominus Dauid, ſic faciam ei. [10] Ad tranſire faciendum regnum à domo Saul, & ad ſtatuendum ſolium Dauid ſuper Iſrael, & ſuper domum Iuda à Dan, & vſque ad Bearſebagh. [11] Et non potuit amplius reſpondere Abner verbum, quia timuit eum. [12] Et miſit Abner nuncios ad Dauid ex loco ſuo, dicendo: Firmo ego in eo qui fecit terram, dicendo: Pange firmitatem tuam mecum, & ecce manus mea tecum ad reducendum ad te omnem Iſrael. [13] Et dixit, Bonum: ego pangam tecum firmitatem: verùm rem vnam ego peto à te, dicendo: Non videbis faciem meam, ſed ante venire facies tu Michal filiam Saul cùm veneris ad apparendum ante me. [14] Et miſit Dauid nuncios ad Iſboſeth filium Saul, dicendo: Redde vxorem meam Michal quam deſponſaui mihi in centum præputiis Peliſthæorum. [15] Et miſit Iſboſeth, & accepit eam à marito ſuo à Paltiel filio Lais. [16] Et iuit cum illa maritus eius eundo & flendo poſt eam vſque ad iuuentutem: & dixit illi Abner, Abi, redi: & rediit. [17] Et verbum Abner fuit cum ſenibus Iſrael dicendo: Etiam heri & etiam ante ipſum quæſiuiſtis Dauid, vt eſſet rex ſuper vos. [18] Et nunc facite, quia Dominus dixit Dauid dicendo, In manu Dauid ſerui mei liberabo populum meum Iſrael de manu Peliſthæorum, & de manu omnium auctorum inimicitiarum eorum. [19] Et locutus eſt etiam Abner ante filios Beniamin, & iuit etiam Abner, vt loqueretur ante Dauid in Hhebron, omne quòd rectum erat in oculis Iſrael, & in oculis omnium filiorum Beniamin. [20] Et venit etiam Abner ad Dauid ad Hhebron, & cum illo viginti viri: & fecit Dauid Abner, & viris, qui cum illo, conuiuium.

21 * וַיֹּאמֶר אַבְנֵר אֶל־דָּוִד אָקוּמָה וְאֵלְכָה
וְאֲקַבְּצָה אֶל־אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ אֶת־כָּל־יִשְׂרָאֵל וְיִכְרְתוּ
אִתְּךָ בְּרִית וּמָלַכְתָּ בְּכֹל אֲשֶׁר־תְּאַוֶּה נַפְשֶׁךָ וַיְשַׁלַּח
דָּוִד אֶת־אַבְנֵר וַיֵּלֶךְ בְּשָׁלוֹם׃

22 * וְהִנֵּה עַבְדֵי דָוִד וְיוֹאָב בָּא מֵהַגְּדוּד וְשָׁלָל רַב
עִמָּם הֵבִיאוּ וְאַבְנֵר אֵינֶנּוּ עִם־דָּוִד בְּחֶבְרוֹן כִּי
שִׁלְּחוֹ וַיֵּלֶךְ בְּשָׁלוֹם׃

23 * וְיוֹאָב וְכָל־הַצָּבָא אֲשֶׁר־אִתּוֹ בָּאוּ וַיַּגִּדוּ לְיוֹאָב
לֵאמֹר בָּא־אַבְנֵר בֶּן־נֵר אֶל־הַמֶּלֶךְ וַיְשַׁלְּחֵהוּ וַיֵּלֶךְ
בְּשָׁלוֹם׃ 24 * וַיָּבֹא יוֹאָב אֶל־הַמֶּלֶךְ וַיֹּאמֶר מָה
עָשִׂיתָה הִנֵּה־בָא אַבְנֵר אֵלֶיךָ לָמָּה־זֶּה שִׁלַּחְתּוֹ
וַיֵּלֶךְ הָלוֹךְ׃ 25 * יָדַעְתָּ אֶת־אַבְנֵר בֶּן־נֵר כִּי
לְפִתְּךָ בָּא וְלָדַעַת אֶת־מוֹצָאֲךָ וְאֶת־מֹבָאֶךָ
וְלָדַעַת אֵת כָּל־אֲשֶׁר אַתָּה עֹשֶׂה׃ 26 * וַיֵּצֵא
יוֹאָב מֵעִם דָּוִד וַיְשַׁלַּח מַלְאָכִים אַחֲרֵי אַבְנֵר
וַיְשִׁבוּ אֹתוֹ מִבּוֹר הַסִּרָה וְדָוִד לֹא יָדָע׃ 27 * וַיָּשָׁב
אַבְנֵר חֶבְרוֹן וַיַּטֵּהוּ יוֹאָב אֶל־תּוֹךְ הַשַּׁעַר לְדַבֵּר
אִתּוֹ בַּשֶּׁלִי וַיַּכֵּהוּ שָׁם הַחֹמֶשׁ וַיָּמָת בְּדַם עֲשָׂהאֵל
אָחִיו׃ 28 * וַיִּשְׁמַע דָּוִד מֵאַחֲרֵי כֵּן וַיֹּאמֶר נָקִי אֲנֹכִי
וּמַמְלַכְתִּי מֵעִם יְהוָה עַד־עוֹלָם מִדְּמֵי אַבְנֵר
בֶּן־נֵר׃ 29 * יָחֹלוּ עַל־רֹאשׁ יוֹאָב וְאֶל כָּל־בֵּית
אָבִיו וְאַל־יִכָּרֵת מִבֵּית יוֹאָב זָב וּמְצֹרָע וּמַחֲזִיק
בַּפָּלֶךְ וְנֹפֵל בֶּחָרֶב וְחֹסֵר־לָחֶם׃

30 * וְיוֹאָב וַאֲבִישַׁי אֲחִיו הָרְגוּ לְאַבְנֵר עַל אֲשֶׁר
הֵמִית אֶת־עֲשָׂהאֵל אֲחִיהֶם בְּגִבְעוֹן בַּמִּלְחָמָה׃

31 * וַיֹּאמֶר דָּוִד אֶל־יוֹאָב וְאֶל־כָּל־הָעָם אֲשֶׁר־אִתּוֹ
קִרְעוּ בִגְדֵיכֶם וְחִגְרוּ שַׂקִּים וְסִפְדוּ לִפְנֵי אַבְנֵר
וְהַמֶּלֶךְ דָּוִד הֹלֵךְ אַחֲרֵי הַמִּטָּה׃ 32 * וַיִּקְבְּרוּ אֶת־
אַבְנֵר בְּחֶבְרוֹן וַיִּשָּׂא הַמֶּלֶךְ אֶת־קוֹלוֹ וַיֵּבְךְּ אֶל־קֶבֶר
אַבְנֵר וַיִּבְכּוּ כָּל־הָעָם׃

21 * Et dixit Abner ad Dauid, Surgam vt cõgregem ad te dñm meum regem omnẽ Israel, & ineant tecum fœdus, & imperes omnibus sicut desiderat anima tua. Cùm ergo deduxisset Dauid Abner & ille isset
22 in pace; * statim pueri Dauid & Ioab venerunt cæsis latronibus cũ præda magna nimis. Abner aũt non erat cum Dauid in Hebron, quia iam dimiserat eũ, & profe-
23 ctus fuerat in pace. * Et Ioab & omnis exercitus qui erant cũ eo, postea venerant.
E Nunciatum est itaq; Ioab à narrantibus: Venit Abner filius Ner ad regem, & dimi
24 sit eum, & abijt in pace. * Et ingressus est Ioab ad regẽ, & ait: Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te, quare dimisisti eũ, & abijt
25 & recessit? * Ignoras Abner filiũ Ner, quoniam ad hoc venit ad te vt deciperet te, & sciret exitum tuũ & introitũ tuũ, & nosset
26 omnia quæ agis? * Egressus itaq; Ioab à 3. Reg. 2. c Dauid, misit nũcios post Abner, & reduxit eum à cisterna Syra, ignorante Dauid.
27 * Cúmq; rediisset Abner in Hebrõ, seorsum adduxit eũ Ioab ad mediũ portæ, vt loqueretur ei in dolo, & percussit illũ ibi in inguine, & mortuus est in vltionem sanguinis Asahel fratris eius.
28 * Quod cùm audisset Dauid rem iam Dan. 13. c Act. 20. f gestam, ait: Mundus ego sum & regnum
F meum apud Dominum vsque in sempiternum à sanguine Abner filij Ner.
29 * Et veniat super caput Ioab & super omnẽ domũ patris eius, nec deficiat de domo Ioab fluxũ seminis sustinẽs & leprosus & tenens fusum, & cadẽs gladio & in-
30 digens pane. * Igitur Ioab & Abisai frater eius interfecerunt Abner, eò ꝙ occidisset Asahel fratrẽ eorũ in Gabaon in prœlio.
31 * Dixit aũt Dauid ad Ioab & ad omnẽ populum qui erat cum eo: Scindite vestimẽta vestra & accingimini saccis, & plan- Sup. 1. b & Infr. 13. f
gite ante exequias Abner. Porrò rex Dauid sequebatur feretrum.
32 * Cúmq; sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocem suam & fleuit super tumulum Abner. Fleuit autem & omnis populus.

---

תרגום יונתן

21 וַאֲמַר אַבְנֵר לְדָוִד אֲקוּם וְאֵיזֵל וְאֶכְנוֹשׁ לְוָת רִיבוֹנִי מַלְכָּא יָת כָּל יִשְׂרָאֵל וְיִגְזְרוּן עִמָּךְ קְיָם וְתִמְלוֹךְ בְּכָל דְּרַעֲוָא נַפְשָׁךְ וּשְׁלַח
דָּוִד יָת אַבְנֵר וַאֲזַל בְּשְׁלָם׃ 22 וְהָא עַבְדֵי דָוִד וְיוֹאָב אָתוֹ מְפַשְׁרִיתָא וַעֲרָאד סַגִּיאָד עִמְּהוֹן אַיְתִיאוּ וְאַבְנֵר לֵיתוֹהִי עִם דָּוִד
בְּחֶבְרוֹן אֲרֵי שַׁלְּחֵיהּ וַאֲזַל בְּשְׁלָם׃ 23 וְיוֹאָב וְכָל חֵילָא דְעִמֵּיהּ אָתוֹ וְחַוִיאוּ לְיוֹאָב לְמֵימַר אָתָא אַבְנֵר בַּר נֵר לְוָת מַלְכָּא וְשַׁלְּחֵיהּ וַאֲזַל
בְּשְׁלָם׃ 24 וַאֲתָא יוֹאָב לְוָת מַלְכָּא וַאֲמַר מָה עֲבַדְתָּא הָא אָתָא אַבְנֵר לְוָתָךְ לְמָה דְנָן שַׁלַּחְתֵּיהּ וַאֲזַל מֵיזָל׃
25 יָדַעְתָּ יָת אַבְנֵר בַּר נֵר אֲרֵי לְאַטְעָיוּתָךְ אֲתָא וּלְמִידַּע יָת מֵיפָּקָךְ וְיָת מֵיעָלָךְ וּלְמִידַּע יָת כָּל דְּאַתְּ עָבִיד׃ 26 וּנְפַק יוֹאָב
מִלְוָת דָּוִד וּשְׁלַח אִיזְגַדִּין כַּתַּר אַבְנֵר וַאֲתֵיבוּ יָתֵיהּ מִגּוּבָּא דְסִירָתָא וְדָוִד לָא יָדַע׃ 27 וְתָב אַבְנֵר לְחֶבְרוֹן וְאַפְנֵיהּ יוֹאָב לְגוֹ תַרְעָא
לְמַלָּלָא עִמֵּיהּ בְּשֵׁילְיָה וּמְחָהִי תַּמָּן בְּסִטַר יַרְכֵּיהּ וּמִית בְּרָמָא דַעֲשָׂהאֵל אֲחוּהִי׃ 28 וּשְׁמַע דָּוִד מִבָּתַר כֵּן וַאֲמַר זַכַּי אֲנָא וּמַלְכוּתִי מִן
קֳדָם יְיָ עַד עָלְמָא מִדְּמָא דְאַבְנֵר בַּר נֵר׃ 29 יְחוֹלוּן עַל רֵישָׁא דְיוֹאָב וְעַל כָּל בֵּית אֲבוּהִי וְלָא יִפְסוֹק מִבֵּית יוֹאָב זָאִיב וּסְגִיר
וּמִתְקָיֵף בַּאֲגַר וּמִתְקְטִיל בְּחַרְבָּא וַחֲסַר מָזוֹן׃ 30 וְיוֹאָב וַאֲבִישַׁי אֲחוּהִי קְטָלוּ לְאַבְנֵר עַל דְּקְטַל יָת עֲשָׂהאֵל אֲחוּהוֹן בְּגִבְעוֹן
בְּקְרָבָא׃ 31 וַאֲמַר דָּוִד לְיוֹאָב וּלְכָל עַמָּא דְעִמֵּיהּ לְבוּשֵׁיכוֹן וְאֵסְרוּ שַׂקִּין וְסִפְדוּ קֳדָם אַבְנֵר וּמַלְכָּא דָּוִד אָזֵל בָּתַר עַרְסָא׃
32 וְקַבְּרוּ יָת אַבְנֵר בְּחֶבְרוֹן וְאָרִים מַלְכָּא יָת קָלֵיהּ וּבְכָא עַל קִבְרָא דְאַבְנֵר וּבְכוֹ כָּל עַמָּא׃

21 *Et dixit Abener ad Dauid, Surgam iam & ibo, & congregabo ad dominum meum regem omnem populum Iſrael, & pangam tecum fœdus & regnabis in omnibus quæ deſiderat anima tua: & miſit Dauid Abener & iuit in pace.* 22 *Et ecce pueri Dauid & Ioab venerunt ab exitu, & ſpolia afferebãt ſecũ, & Abener non erat cum Dauid in Chebron, quia miſerat eum, & profectus fuit in pace.*

23 *Et Ioab & omnis exercitus qui cum eo, audierunt, & nũciauerunt Ioab, dicentes: Venit Abener filius Ner ad Dauid, & miſit eum & abijt in pace.* 24 *Et ingreſſus eſt Ioab ad regem, & dixit ei: Quid hoc feciſti? ecce venit Abener ad te, & quare hoc dimiſiſti eum, & abijt in pace?* 25 *Vel nõ noſti malitiam Abener filij Ner, quoniam ad decipiẽdum te venit, & ad ſciendum ingreſſum tuum & egreſſum tuum, & ad ſciendum omnia quæ tu agis.*

26 *Et egreſſus eſt Ioab à Dauid, et miſit nuncios poſt Abener, & reducunt eum à ciſterna Sira, & Dauid non ſciuit.*

27 *Et reuerſus eſt Abener ad Chebron, & declinare fecit eũ Ioab à latere portæ, vt loqueretur ad eũ in dolo; & percuſſit eum ibi in inguine, & mortuus eſt in ſanguine Aſſael fratris eius.* 28 *Et audiuit Dauid poſt hæc, & dixit: Innocens ſum ego, & regnum meum à Domino, et vſq; in ſæculum à ſanguinibus Abener filij Ner.* 29 *Veniant ſuper caput Ioab & ſuper omnem domum patris eius, & non deficiat de domo Ioab fluxum ſeminis ſuſtinens & leproſus, & tenens ſcuticam, & cadens in gladio & indigens panibus.*

30 *Ioab autẽ & Abeſſai frater eius obſeruabant Abener, eò quòd occidit Aſſael fratrem eorum in Gabaon in prælio.* 31 *Et dixit Dauid ad Ioab & ad omnem populum qui cum eo, Scindite veſtimenta veſtra & accingimini ſaccis, & plangite ante Abener: & rex Dauid ibat ante feretrum.*

32 *Et ſepeliunt Abener in Chebron, & leuauit rex vocem ſuam, & fleuit ſuper tumulum Abener, & fleuit omnis populus.*

21 Καὶ εἶπεν ἀβενὴρ πρὸς δαυὶδ, ἀναστήσομαι δὴ καὶ πορεύσομαι καὶ συνάξω πρὸς τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα πάντα τὸν λαὸν ἰσραὴλ, καὶ διαθήσομαι μετ' σοῦ διαθήκην, καὶ βασιλεύσεις ἐν πᾶσιν οἷς ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή σου· καὶ ἐξαπέστειλε δαυὶδ τὸν ἀβενὴρ καὶ ἐπορεύθη ἐν εἰρήνῃ.

22 Καὶ ἰδοὺ οἱ παῖδες δαυὶδ καὶ ἰωὰβ παρεγένοντο ἀπὸ τῆς ἐξόδιας, καὶ σκῦλα ἔφερον μεθ' ἑαυτῶν· καὶ ἀβενὴρ οὐκ ἦν μετὰ δαυὶδ ἐν χεβρών, ὅτι ἀπέστειλεν αὐτὸν, καὶ ἐπορεύθη ἐν
23 εἰρήνῃ. Καὶ ἰωὰβ καὶ πᾶσα ἡ στρατιὰ ἡ μετ' αὐτοῦ ἦκουσαν, καὶ ἀπήγγειλαν τῷ ἰωὰβ, λέγοντες· ἦλθεν ἀβενὴρ υἱὸς νὴρ πρὸς δαυὶδ, καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν καὶ ἀπῆλθεν ἐν εἰρήνῃ.

24 Καὶ εἰσῆλθεν ἰωὰβ πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ εἶπεν αὐτῷ, τί τοῦτο ἐποίησας; ἰδοὺ ἦλθεν ἀβενὴρ πρὸς σέ, καὶ ἱνατί τοῦτο ἐξαπέστειλας αὐτὸν καὶ ἀπελήλυθεν ἐν εἰρήνῃ;

25 ἢ οὐκ οἶδας τὴν κακίαν ἀβενὴρ υἱοῦ νήρ, ὅτι ἀπατῆσαί σε παρεγένετο καὶ γνῶναι τὴν εἴσοδόν σου καὶ τὴν ἔξοδόν σου καὶ γνῶναι ἅπαντα ὅσα σὺ ποιεῖς.

26 Καὶ ἐξῆλθεν ἰωὰβ ἀπὸ δαυὶδ, καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους ὀπίσω ἀβενὴρ, καὶ ἐπιστρέφουσιν αὐτὸν ἀπὸ ☧ φρέα-
27 τος σειρᾶ, καὶ δαυὶδ οὐκ ἤδει. Καὶ ἐπέστρεψεν ἀβενὴρ εἰς χεβρὼν καὶ ἐξέκλινεν αὐτὸν ἰωὰβ ἐν πλαγίων τῆς πύλης, λαλῆσαι πρὸς αὐτὸν ἐν παραλογισμῷ· καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν ἐκεῖ ἐπὶ τὴν ψύαν, καὶ ἀπέθανεν ἐν τῷ αἵματι
28 ἀσαὴλ ☧ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Καὶ ἤκουσε δαυὶδ μετὰ ταῦτα, καὶ εἶπεν, ἀθῷός εἰμι ἐγὼ καὶ ἡ βασιλεία μου ἀπὸ κυρίου κὴ ἕως αἰῶνος ἀπὸ τῶν αἱμάτων ἀβενὴρ υἱοῦ νήρ.

29 Καταντησάτωσαν ἐπὶ κεφαλὴν ἰωὰβ καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν οἰκον ☧ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐκλίποι ἐκ τοῦ οἴκου ἰωὰβ γονορρυὴς καὶ λεπρὸς καὶ κρατῶν σκυτάλην, καὶ πίπτων ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐλαττονούμενος ἄρτοις.

30 Ἰωὰβ ☧ καὶ ἀβεσσαὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ διετηροῦντο τὸν ἀβενὴρ διότι ὃν ἐθανάτωσεν τὸν ἀσαὴλ τὸν ἀδελφὸν αὐ-
31 τῶν ἐν γαβαὼν ἐν τῷ πολέμῳ. Καὶ εἶπε δαυὶδ πρὸς ἰωὰβ καὶ πρὸς πάντα τὸν λαὸν τὸν μετ' αὐτοῦ, διαῤῥήξατε τὰ ἱμάτια ὑμῶν, καὶ περιζώσασθε σάκκους καὶ κόπτεσθε ἔμπροσθεν ἀβενήρ· καὶ ὁ βασιλεὺς δαυὶδ ἐπορεύετο ἔμ-
32 προσθεν τῆς κλίνης. Καὶ θάπτουσι τὸν ἀβενὴρ ἐν χεβρών· καὶ ἐπῆρεν ὁ βασιλεὺς τὴν φωνὴν αὐτοῦ καὶ ἔκλαυσεν ἐπὶ τῷ τάφῳ ἀβενήρ, καὶ ἔκλαυσε πᾶς ὁ λαός.

## CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

21 Et dixit Abner ad Dauid, Surgam & ibo, & congregabo ad dominum meum regem omnem Iſrael, & pangent tecum fœdus, & regnabis in omni quod volet anima tua. & miſit Dauid Abner & iuit in pace. 22 Et ecce ſerui Dauid & Ioab venerunt de caſtris, & prædam multam ſecum adduxerunt, & Abner non erat cum Dauid in Hhebron, quia miſit illũm; & iuit in pace. 23 Et Ioab & omnis copia quæ cum ipſo, venerunt, & indicauerunt Ioab, dicendo: Venit Abner filius Ner ad regem, & dimiſit eum, & iuit in pace.

24 Et venit Ioab ad regem, & dixit: Quid feciſti? Ecce venit Abner ad te? quare ita dimiſiſti illum, & abijt eundo?

25 Noſti Abner filium Ner, quia ad errare faciendum te venit, & ad cognoſcendum exitum tuum & introitum tuum, & ad cognoſcendum omnia quæ tu facis. 26 Et exiuit Ioab à Dauid, & miſit nuncios poſt Abner, & reduxerunt eum à ciſterna Zziratha, & Dauid neſciuit. 27 Et redijt Abner ad Hhebron, & diuertere fecit eum Ioab intra portam vt loqueretur cum eo in tranquillitate: & percuſſit illum ibi in latere femoris eius, & mortuus eſt propter ſanguinem Ghaſahel fratris eius.

28 Et audiuit Dauid poſtea, & dixit: Innocens ego & regnum meum ab ante Dominum vſque in ſæculum à ſanguine Abner filij Ner. 29 Stillent ſuper caput Ioab & ſuper omnem domum patris eius, & non deficiat de domo Ioab fluens & leproſus, & apprehendens mercedem, & occiſus in gladio, & deficiens victu.

הַבְּהֵמָה וְעַל הָעוֹף וְעַל הָרֶמֶשׂ וְעַל הַדָּגִים׃
34 * וַיָּבֹאוּ מִכָּל הָעַמִּים לִשְׁמֹעַ אֶת חָכְמַת שְׁלֹמֹה
מֵאֵת כָּל מַלְכֵי הָאָרֶץ אֲשֶׁר שָׁמְעוּ אֶת חָכְמָתוֹ׃

## ה

1 * וַיִּשְׁלַח חִירָם מֶלֶךְ צֹר אֶת עֲבָדָיו אֶל שְׁלֹמֹה
כִּי שָׁמַע כִּי אֹתוֹ מָשְׁחוּ לְמֶלֶךְ תַּחַת אָבִיהוּ כִּי אֹהֵב
הָיָה חִירָם לְדָוִד כָּל הַיָּמִים׃
2 * וַיִּשְׁלַח שְׁלֹמֹה אֶל חִירָם לֵאמֹר׃
3 * אַתָּה יָדַעְתָּ אֶת דָּוִד אָבִי כִּי לֹא יָכֹל לִבְנוֹת בַּיִת
לְשֵׁם יְהוָה אֱלֹהָיו מִפְּנֵי הַמִּלְחָמָה אֲשֶׁר סְבָבֻהוּ עַד
תֵּת יְהוָה אֹתָם תַּחַת כַּפּוֹת רַגְלָיו׃

REGVM. I. Translat. B. Hierony. *Salomon.*

25 * Habitabatque Iuda & Israel absque timore vllo vnusquisque sub vite sua & sub ficu sua à Dan vsque Bersabee cunctis diebus Salomonis. 26 * Et habebat Salomõ quadraginta millia præsepia equorum currilium, & duodecim millia equestrium. 27 * Nutriebantque eos supradicti regis præfecti, sed & necessaria mensæ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo. 28 * Ordeum quoque
D & paleas equorum & iumentorum deferebant in locum vbi erat rex iuxta constitutum sibi. 29 * Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quasi arena quæ est in littore maris.
30 * Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium & Ægyptiorum: 31 * Et erat sapientior cunctis hominibus. sapientior Ethã Ezraite, & Heman, & Calchal, & Dorda filiis Maol: & erat nominatus in vniuersis gentibus per circuitum. 32 * Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina eius quinque millia. 33 * Et disputauit super lignis, à cedro quę est in Libano, vsque ad hyssopum quæ egreditur de pariete; & discurrit de iumentis, & volucribus, & reptilibus & piscibus. 34 * Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapiẽtiam Salomonis, & ab vniuersis regibus terræ qui audiebant sapientiam eius.

CAP. V.

1 MIsit quoque Hiram rex Tyri seruos suos ad Salomonem, audiuit enim quòd ipsum vnxissent regem pro patre eius; quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore. 2 * Misit autem Salomon 1.Par.2.4
3 ad Hiram, dicens: * Tu scis voluntatem Dauid patris mei, & quia non poterat ædificare domum nomini Domini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum eius.

תרגום יונתן

25 וְיָתֵיב יְהוּדָה וְיִשְׂרָאֵל לְרוּחָצָן גְּבַר תְּחוֹת פֵּירֵי גַּפְנוֹהִי וְתְחוֹת פֵּירֵי תְּאֵנוֹהִי מִדָּן וְעַד בְּאֵר שָׁבַע כָּל יוֹמֵי שְׁלֹמֹה׃
26 וַהֲווֹ לִשְׁלֹמֹה אַרְבְּעִין אַלְפִין אֻרְוָת סוּסְוָן לְרְתֵיכוּתֵי וְתְרֵי עֲשַׂר אַלְפִין פָּרָשִׁין׃ 27 וּמְסוּבְרִין אִיסְטַרְטִיגַיָּא תָּאיְלִין יַת מַלְכָּא
שְׁלֹמֹה וְיַת כָּל דְּקָרִיב לְפָתְרָא דְּמַלְכָּא שְׁלֹמֹה גְּבַר יַרְחֵיהּ לָא מְעַכְּבִין מִדְּעַם׃ 28 וְשַׂעֲרַיָּא וְחִבְּנָא לְסוּסְוָתָא וּלְרִכְשָׁא מַיְתָן לַאֲתָרָא
דְּיֶהֱא חַמְּן גְּבַר כְּהֵילְכְּתֵיהּ׃ 29 וְיָהַב יְיָ חָכְמְתָא לִשְׁלֹמֹה וְסִכְלְתָנוּתָא סַגְיָא לַחֲדָא וּפַתְיוּת לִבָּא כְּחַלָּא דְּעַל כֵּיף יַמָּא׃
30 וּסְגִיאַת חָכְמַת שְׁלֹמֹה מֵחָכְמַת כָּל בְּנֵי מַדִּינְחָא וּמִכֹּל חָכְמַת טְצָרִים׃ 31 וְחַכִּים מִכָּל אֱנָשָׁא מֵאֵיתָן בַּר זֶרַח וְהֵימָן וְכַלְכֹּל
וְדַרְדַּע בְּנֵי מָחוֹל וַהֲוָה שְׁמֵיהּ סַגִּיא בְּכָל עַמְמַיָּא סְחוֹר סְחוֹר׃ 32 וּמַלֵּיל תְּלָתָא אַלְפִין מַתְלִין וַהֲוָה תִּשְׁבְּחָתֵיהּ אֶלֶף וְחַמֵּשׁ׃
33 וּמַלֵּיל עַל אָעַיָּא מֵאַרְזָא דִּי בְלְבְנֹן וְעַד אֵזוֹבָא דְּנָפֵק בְּכוֹתְלָא וּמַלֵּיל עַל בְּעִירָא וְעַל עוֹפָא וְעַל רָחְשָׁא וְעַל נוּנְיָא׃
34 וַאֲתוֹ מִכָּל עַמְמַיָּא לְמִשְׁמַע יַת חָכְמַת שְׁלֹמֹה מִן כָּל מַלְכֵי אַרְעָא דְשָׁמְעִין יַת חָכְמְתֵיהּ׃

## ה

1 וְשִׁלַּח חִירָם מַלְכָּא דְצוֹר יַת עַבְדּוֹהִי לְוָת שְׁלֹמֹה אֲרֵי שְׁמַע אֲרֵי יָתֵיהּ מְשָׁחוּ לְמֶהֱוֵי מַלְכָּא תְּחוֹת אֲבוּהִי אֲרֵי רְחִימָא הֲוָה חִירָם לְדָוִד
כָּל יוֹמָיָא׃ 2 וְשַׁלַּח שְׁלֹמֹה לְוָת חִירָם לְמֵימַר׃ 3 אַתְּ יָדַעְתְּ יַת דָּוִד אֲבָא אֲרֵי לָא יָכִיל לְמִבְנֵי בֵּיתָא לִשְׁמָא דַיְיָ אֱלָהֵיהּ
מִן קֳדָם עָבְרֵי קְרָבָא דַּאֲקָפוּהִי עַד דְּיִתְּנִנּוּן תְּחוֹת פַּרְסַת רֵיגְלוֹהִי׃

* *Et habitabat Iudas et Israel confisi vnusquisq; in vite sua, & sub ficu sua, à Dan et vsque ad Bersabee omnibus diebus Salomonis.* 25

* *Et erant Salomoni quadraginta millia in currus, & duodecim millia equitum.* 26

* *Et sufficiebant necessaria præfecti isti regi Salomoni secundum omnia mandata super mensa regis, vnusquisque mense suo, non mutabăt verbum.* 27

* *Et ordea & paleas equis & curribus ferebant in locum vbi erat rex, vnusquisque per ordinem suum.* 28

* *Et dedit Dominus prudentiam Salomoni, & sapientiam multam nimis, & latitudinem cordis vt arena quæ iuxta mare.* 29

* *Et multiplicata est sapientia Salomonis magis quàm sapientia omnium antiquorum hominum, & magis quàm omnes sapientes Ægypti.* 30

* *Et sapiens erat super omnes homines, & sapientia antecedebat super Etham Ezraitem, & Eman, & Chalcal, & Dardae filium Machol. & erat nomen eius in vniuersis gentibus in circuitu.* 31

* *Et locutus est tria millia parabolas. & erant carmina eius quinque millia.* 32

* *Et locutus est de lignis à cedro quæ in Libano & vsque ad hyssopum quæ egreditur ex pariete. & locutus est de iumentis, & de volucribus, & de reptilibus, & de piscibus.* 33

* *Et veniebant omnes populi ad audiendam sapientiam Salomonis. & accipiebat dona à regibus terræ, quicunque audiebant sapientiam eius.* 34

CAP. V.

ET *misit Chiram rex Tyri seruos suos ad Salomonem, audiuit enim quòd ipsum vnxissent in regem pro Dauid patre eius: quia diligẽs erat Chiram Dauid omnibus diebus.* 1

* *Et misit Salomon ad Chiram dicens:* 2

* *Tu nosti Dauid patrem meum quia non poterat ædificare domum nomini Domini Dei mei à facie bellorum circumeuntium eum, donec daret eos Dominus sub vestigiis pedum eius.* 3

25 * καὶ κατῴκει ἰούδας καὶ ἰσραὴλ πεποιθότες ἕκαστος εἰς τὴν ἄμπελον αὐτοῦ & ὑπὸ τὴν συκῆν αὐτοῦ ἀπὸ δὰν, καὶ ἕως βηρσαβεὲ πάσας τὰς ἡμέρας ϑολομῶντος.

26 * καὶ ἦσαν τῷ ϑολομῶντι τεσσαράκοντα χιλιάδες εἰς ἅρματα, καὶ δώδεκα χιλιάδες ἱππέων.

27 * καὶ ἐχορήγουν ⓐ καθεσάμενοι ἕκαστος τῷ βασιλεῖ ϑολομῶντι καὶ πάντα τὰ διηγελμένα ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῦ βασιλέως, ἕκαστος τὴν μερίδα αὐτοῦ, ὁ παρήλλαξεν λόγον.

28 * καὶ τὰς κριθὰς καὶ τὸ ἄχυρον τοῖς ἵπποις καὶ τοῖς ἅρμασιν ἔφερον εἰς τὸν τόπον οὗ ἦν ὁ βασιλεύς, ἕκας & κατὰ τὴν ταῖξιν αὐτοῦ.

29 * καὶ ἔδωκε κύριος φρόνησιν τῷ ϑολομῶντι, καὶ σοφίαν πολλὴν σφόδρα, καὶ χύμα καρδίας ὡς ἡ ἄμμος ἡ παρὰ τὴν θάλασσαν.

30 * καὶ ἐπληθύνθη ἡ σοφία σολομῶντος ὑπὲρ τὴν φρόνησιν πάντων ἀρχαίων ἀνθρώπων, καὶ ὑπὲρ πάσας φρο-
31 νίμους αἰγύπτου. * καὶ ἐσοφίσατο ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους, καὶ ἐσοφίσατο ὑπὲρ αἰθὰμ τὸν ἐζραΐτην, καὶ τὸν αἱμὰν καὶ τὸν χαλκὰλ & τὸν δαρδαὲ υἱὸν μαχόλ. καὶ ἐγένετο τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν πάσαις ταῖς ἔθνεσι κύκλῳ.

32 * καὶ ἐλάλησε τρεῖς χιλιάδας παραβολάς. καὶ ἦσαν
33 ᾠδαὶ αὐτοῦ πεντακισχίλιαι. * καὶ ἐλάλησε περὶ τῶν ξύλων ἀπὸ τῆς κέδρου τῆς ἐν τῷ λιβάνῳ καὶ ἕως τοῦ ὑσσώπου τοῦ ἐκπορευομένου ἐκ τοῦ τοίχου. & ἐλάλησε περὶ τῶν κτηνῶν, καὶ περὶ τῶν πετεινῶν, καὶ περὶ τῶν ἑρπετῶν, καὶ περὶ τῶν ἰχθύων.

34 * καὶ παρεγίνοντο πάντες ⓓ λαοὶ ἀκούειν τὰς σοφίας ϑολομῶντος. καὶ ἐλάμβανε δῶρα παρὰ τῶν βασιλέων τῆς γῆς, ὅσοι ἤκουον τῆς σοφίας αὐτοῦ.

ε'.

1 * Καὶ ἀπέστειλε χειρὰμ βασιλεὺς τύρου τοὺς παῖδας αὐτοῦ πρὸς ϑολομῶντα, ἤκουσε γὰρ ὅτι αὐτὸν ἔχρισαν εἰς βασιλέα ἀντὶ δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. ὅτι ἀγαπῶν ἦν
2 χειρὰμ τὸν δαυὶδ πάσας τὰς ἡμέρας. * καὶ ἀπέστει-
3 λε ϑολομὼν πρὸς χειρὰμ λέγων· * σὺ οἶδας δαυὶδ τὸν πατέρα μου ὅτι οὐκ ἠδυνάτο οἰκοδομῆσαι οἶκον τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ ϑεοῦ μου ἀπὸ προσώπου τῶν πολέμων τῶν κυκλωσάντων αὐτόν, ἕως τοῦ δοῦναι αὐτοὺς κύριον ὑπὸ τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[25] Et sedebat Iehudah & Israel in confidentia quisque sub fructu vitis suæ, & sub fructu ficus suæ à Dan & vsque ad Beersebagh omnibus diebus Selomoh. [26] Et fuerunt Selomoh quadraginta millia præsepiorum equorum pro curribus suis, & duodecim millia equitum. [27] Et sustentabant antesignani hi regem Selomoh, & omnem qui accedebat ad mẽsam regis Selomoh, vnusquisque mense suo, non differebant *suppetere* quicquam. [28] Et hordea, & paleam equis & cursoribus equis deferebant ad locum in quo erat quisque iuxta consuetum sibi. [29] Et dedit Dominus sapientiam Selomoh & intelligentiam multam valdè & dilatationem cordis, tanquam arenam quæ est super littus maris.

[30] Et amplior fuit sapientia Selomoh sapientiâ omnium filiorum Orientis, & omni sapientia Misraim.

[31] Et sapientior fuit omni homine, ipso Aithan filio Zerahh, & Hheman, & Chalchol, & Dardagh filiis Mahhol: & fuit nomen eius celebre in omnibus gentibus vndiquaque. [32] Et locutus est tria millia parabolarum, & fuerunt cantica eius mille & quinque. [33] Et locutus est super lignis à cedro quæ est in Libnan, & vsque ad hyssopum quæ prodit de pariete: & locutus est super iumentis, & super auibus, & super reptilibus, & super piscibus. [34] Et veniebant ex omnibus gentibus ad audiendam sapientiam Selomoh, ab omnibus regibus terræ qui audierant sapientiam eius.

CAP. V.

ET misit Hhiram rex Szor seruos suos ad Selomoh, quia audierat quòd vnxerant eum vt esset rex pro patre suo: nam dilexerat Hhiram Dauid omnibus diebus. [1] Et misit Selomoh ad Hhiram dicendo: [2] Tu nosti Dauid patrem meum quòd non potuit ædificare domum nomini Domini Dei sui propter belligeratores qui circuierant illum, vsquequo tradidit illos Dominus sub planta pedum eius.

4 * וְעַתָּה הֵנִיחַ יְהוָה אֱלֹהַי לִי מִסָּבִיב אֵין שָׂטָן
וְאֵין פֶּגַע רָע׃

4 * Nunc autem requiē dedit Deus meus mihi per circuitum , & non eſt ſatan neq; occurſus malus:

5 * וְהִנְנִי אֹמֵר לִבְנוֹת בַּיִת לְשֵׁם יְהוָה אֱלֹהָי כַּאֲשֶׁר
דִּבֶּר יְהוָה אֶל־דָּוִד אָבִי לֵאמֹר בִּנְךָ אֲשֶׁר אֶתֵּן
תַּחְתֶּיךָ עַל־כִּסְאֶךָ הוּא־יִבְנֶה הַבַּיִת לִשְׁמִי׃

5 * quamobrem cogito ædificare tēplum nomini domini Dei mei, ſicut locutus eſt Dauid patri meo dicens:
B Filius tuus quem dabo pro te ſuper ſolium tuum, ipſe ædificabit domū nomini meo.

6 * וְעַתָּה צַוֵּה וְיִכְרְתוּ־לִי אֲרָזִים מִן־הַלְּבָנוֹן וַעֲבָדַי
יִהְיוּ עִם־עֲבָדֶיךָ וּשְׂכַר עֲבָדֶיךָ אֶתֵּן לְךָ כְּכֹל אֲשֶׁר
תֹּאמַר כִּי אַתָּה יָדַעְתָּ כִּי אֵין בָּנוּ אִישׁ יֹדֵעַ לִכְרֹת־
עֵצִים כַּצִּדֹנִים׃ 7 * וַיְהִי כִּשְׁמֹעַ חִירָם אֶת־דִּבְרֵי
שְׁלֹמֹה וַיִּשְׂמַח מְאֹד וַיֹּאמֶר בָּרוּךְ יְהוָה הַיּוֹם אֲשֶׁר
נָתַן לְדָוִד בֵּן חָכָם עַל־הָעָם הָרָב הַזֶּה׃

6 * Præcipe igitur vt pręcidant mihi ſerui tui cedros de Libano, & ſerui mei ſint cum ſeruis tuis : mercedem autem ſeruorum tuorum dabo tibi quamcunque petieris. ſcis enim quomodo non eſt in populo meo vir qui nouerit ligna cędere ſicut Sidonij. 7 * Cùm ergo audiſſet Hiram verba Salomonis, lætatus eſt valdè, & ait: Benedictus Dominus hodie, qui dedit Dauid filium ſapiētiſsimum ſuper populum hunc plurimum.

8 * וַיִּשְׁלַח חִירָם אֶל־שְׁלֹמֹה לֵאמֹר שָׁמַעְתִּי אֵת
אֲשֶׁר־שָׁלַחְתָּ אֵלָי אֲנִי אֶעֱשֶׂה אֶת־כָּל־חֶפְצְךָ בַּעֲצֵי
אֲרָזִים וּבַעֲצֵי בְרוֹשִׁים׃ 9 * עֲבָדַי יֹרְדוּ מִן־הַלְּבָנוֹן יָמָּה וַאֲנִי אֲשִׂימֵם
דֹּבְרוֹת בַּיָּם עַד־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר־תִּשְׁלַח אֵלַי וְנִפַּצְתִּים
שָׁם וְאַתָּה תִּשָּׂא וְאַתָּה תַּעֲשֶׂה אֶת־חֶפְצִי לָתֶת לֶחֶם
בֵּיתִי׃

8 * Et miſit Hiram ad Salomonem dicens: Audiui quęcunq; mandaſti mihi. ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis & abiegnis.
9 * Serui mei deponent ea de Libano ad
C mare, & ego componam ea in ratibus in mari vſque ad locum quem ſignificaueris mihi : & applicabo ea ibi, & tu tolles ea: præbebiſque neceſſaria mihi, vt detur cibus domui meæ.

10 * וַיְהִי חִירוֹם נֹתֵן לִשְׁלֹמֹה עֲצֵי אֲרָזִים וַעֲצֵי
בְרוֹשִׁים כָּל־חֶפְצוֹ׃ 11 * וּשְׁלֹמֹה נָתַן לְחִירָם עֶשְׂרִים אֶלֶף כֹּר חִטִּים
מַכֹּלֶת לְבֵיתוֹ וְעֶשְׂרִים כֹּר שֶׁמֶן כָּתִית כֹּה־יִתֵּן
שְׁלֹמֹה לְחִירָם שָׁנָה בְשָׁנָה׃

10 * Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina & ligna abiegna iuxta omnem vo
11 luntatem eius. * Salomon autem prębebat Hiram viginti millia coros tritici in cibum domui eius, & viginti coros puriſsimi olei. hæc tribuebat Salomon Hirā per ſingulos annos.

12 * וַיהוָה נָתַן חָכְמָה לִשְׁלֹמֹה כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר־לוֹ וַיְהִי
שָׁלוֹם בֵּין חִירָם וּבֵין שְׁלֹמֹה וַיִּכְרְתוּ בְרִית שְׁנֵיהֶם׃

12 * Dedit quoque Dominus ſapientiam Salomoni, ſicut locutus eſt ei. Et erat pax inter Hiram & Salomo-
D nem, & percuſſerunt ambo fœdus.

13 * וַיַּעַל הַמֶּלֶךְ שְׁלֹמֹה מַס מִכָּל־יִשְׂרָאֵל וַיְהִי הַמַּס
שְׁלֹשִׁים אֶלֶף אִישׁ׃ 14 * וַיְשַׁלָּחֵם לְבָנוֹנָה עֲשֶׂרֶת אֲלָפִים בַּחֹדֶשׁ חֲלִיפוֹת
חֹדֶשׁ יִהְיוּ בַלְּבָנוֹן שְׁנַיִם חֳדָשִׁים בְּבֵיתוֹ וַאֲדֹנִירָם
עַל־הַמַּס׃

13 * Elegitque rex Salomon operarios de omni Iſrael, & erat indictio triginta millia virorum. 14 * Mittebatque eos in Libanum decem millia per menſes ſingulos viciſsim, ita vt duobus menſibus eſſent in domibus ſuis. Et Adoniram erat ſuper huiuſcemodi indictionem.

---

תרגום יונתן

4 וּכְעַן אֲנִיחַ יְיָ אֱלָהִי לִי מִסְחוֹר סְחוֹר לֵית סָטָן וְלֵית פֶּגַע בִּישׁ׃
5 וְהָא אֲנָא אָמֵר לְמִבְנֵי בֵיתָא לִשְׁמָא דַיְיָ אֱלָהִי כְּמָה דְמַלִּיל יְיָ עִם דָּוִד אַבָּא לְמֵימַר בְּרַךְ דְּאֶתֵּן תְּחוֹתָךְ עַל כָּרְסֵי מַלְכוּתָךְ הוּא יִבְנֵי בֵיתָא לִשְׁמִי׃ 6 וּכְעַן פַּקֵּיד וְיִקְצוֹן לִי אַרְזִין מִן לְבָנֹן וְעַבְדַי יְהוֹן עִם עַבְדָךְ וַאֲגַר עַבְדָךְ אֶתֵּן לָךְ כְּכֹל דְּתֵימַר אֲרֵי אַתְּ יָדַעְתְּ אֲרֵי
לֵית בְּנָא גַּבְרָא דְיָדַע לְמִקַּץ אָעִין כְּצִידוֹנָאֵי׃
7 וַהֲוָה כַּד שְׁמַע חִירָם יַת פִּתְגָמֵי דְשְׁלֹמֹה וַחֲדֵי לַחֲדָא וַאֲמַר בְּרִיךְ יְיָ יוֹמָא דֵין דְיָהַב לְדָוִד בַּר חַכִּים עַל עַמָּא סַגִּיאָה הָדֵין׃
8 וּשְׁלַח חִירָם לְוָת שְׁלֹמֹה לְמֵימַר שְׁמִעֵית יַת דְשַׁלַּחְתָּ לְוָתִי אֲנָא אֶסוֹפִיק יַת כָּל צְרָכָךְ בְּאָעֵי אַרְזִין וּבְאָעֵי בִּירְתָן׃
9 עַבְדַי יַחֲתוּן מִן לְבָנֹן לְיַמָּא וַאֲנָא אֲשַׁוְינוּן תּוֹרְגָסִין בְּיַמָּא עַד אַתְרָא דְתִשְׁלַח לִי וַאֲרַמְינִנּוּן תַּמָּן וְאַתְּ תְּשׁוֹל וְאַתְּ תְּסוֹפִיק יַת צְרָכִי לְמִתַּן מָזוֹן לְאֶנָשׁ בֵּיתִי׃ 10 וַהֲוָה חִירָם יָהֵיב לִשְׁלֹמֹה אָעֵי אַרְזִין וַאָעֵי בִּירְתָן כָּל צְרָכֵיהּ׃
11 וּשְׁלֹמֹה יְהַב לְחִירָם עֶשְׂרִין אַלְפִין כּוֹרִין חִטִּין פְּרַנּוּם לֶאֱנָשׁ בֵּיתֵיהּ וְעֶשְׂרִין כּוֹרִין מִשְׁחָא כְּתִישָׁא כְּדֵין יָהֵיב שְׁלֹמֹה לְחִירָם שַׁתָּא בְּשַׁתָּא׃ 12 וַיְיָ יְהַב חָכְמָה לִשְׁלֹמֹה כְּמָא דְמַלִּיל לֵיהּ וַהֲוָה שְׁלָמָא בֵּין חִירָם וּבֵין שְׁלֹמֹה וּגְזַרוּ קְיָם תַּרְוֵיהוֹן׃
13 וּמַנִּי טַלְיָא שְׁלֹמֹה מַסְקֵי מִסִּין מִכָּל יִשְׂרָאֵל וַהֲוָה מַסְקֵי מִסִּין תְּלָתִין אַלְפִין גַּבְרָא׃
14 וּשְׁלַחִינוּן לְלְבָנֹן עַשְׂרָא אַלְפִין גַּבְרָא בְּיַרְחָא חָוֵי בְּלְבָנֹן וְתַרִין יַרְחִין בְּבֵיתֵיהּ וַאֲדֹנִירָם מְמַנָּא עַל מַסְקֵי מִסִּין׃

* Et nunc requiē dedit Dominus Deus meus mihi per circuitum, non eſt inſidiator & non eſt occurſus malus. 4

* Et ecce ego dico ædificare domum nomini Domini Dei, ſicut locutus eſt Dominus ad Dauid patrem meum dicens: Filius tuus quem dabo pro te ſuper ſolium tuum, hic ædificabit domum nomini meo. 5

* Et nunc præcipe & præcidant mihi ligna de Libano. ecce ſerui mei cum ſeruis tuis, & mercedem ſeruorum tuorum dabo tibi ſecundū omnia quæ dixeris. quia tu ſcis, quòd non eſt in nobis qui nouerit incidere ligna ſicut Sidonij. 6

* Et factum eſt vt audiuit Chiram verba Salomonis, lætatus eſt valdè. & ait: Benedictus Dominus hodie qui dedit Dauid filium ſapientem ſuper populum multum hunc. 7

* Et miſit Chiram ad Salomonem, dicens: Audiui de omnibus quæ miſiſti ad me, ego faciam voluntatem tuam in lignis cedrinis & abiegnis. 8

* Serui mei deducent ea de Libano in mare, & ego ponam ea in ratibus vſque ad locum quem nunciaueris ad me, & excutiam ea ibi & tu tolles. & tu facies voluntatem meam vt des panes domui meæ. 9

* Et erat Chiram dans Salomoni cedros & abietes iuxta omnem voluntatem eius. 10

* Et Salomon dedit Chiram viginti millia coros tritici cibum domui eius, & viginti batos olei contuſi. ſecundùm hoc dabat Salomon Chiram ſingulis annis. 11

* Et Dominus dedit Salomoni ſapientiam ſicut locutus eſt ei. & erat pax inter Chiram & inter Salomonem. & pepigerunt fœdus inter ſe. 12

* Et tulit Rex Salomon tributum de omni Iſrael. & erat tributum triginta millia virorum. 13

* Et miſit eos in Libanum, decem millia in menſe, qui viciſſim mutabantur, menſe vno erant in Libano, et duobus menſibus in domibus ſuis. & Adoniram ſuper tributum. 14

4 * καὶ νῦν ἀνέπαυσεν κύριος ὁ θεός μου ἐμοὶ κυκλόθεν, οὐκ ἔστιν ἐπίβουλος & οὐκ ἔστιν ἀπάντημα πονηρόν.

5 * καὶ ἰδοὺ ἐγὼ λέγω οἰκοδομῆσαι οἶκον τῷ ὀνόματι κυρίου θεοῦ, καθὼς ἐλάλησεν κύριος πρὸς δαυὶδ τὸν πατέρα μου λέγων, ὁ υἱός σου ὃν δώσω ἀντὶ σοῦ ἐπὶ τὸν θρόνον σου, ὅστος οἰκοδομήσει τὸν οἶκον τῷ ὀνόματί μου.

6 * καὶ νῦν σύτιλαι καὶ κοψάτωσάν μοι ξύλα ἐκ τοῦ λιβάνου. ἰδοὺ ⓓ δοῦλοί μου μετὰ τῶν δούλων σου, καὶ τὸν μισθὸν τῶν δούλων σου δώσω σοι κατὰ πάντα ὅσα ἂν εἴπῃς, ὅπου οἶδας, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν εἰδὼς κόπτειν ξύλα καθὼς ⓓ σιδώνιοι.

7 * καὶ ἐχάρη χιρὰμ ὡς ἤκουσε χιρὰμ τῶν λόγων σολομῶντος & ἐχάρη χάρᾳ μεγάλῃ· καὶ εἶπεν, εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς σήμερον ὃς ἔδωκε τῷ δαυὶδ υἱὸν φρόνιμον ἐπὶ τὸν λαὸν τὸν πολὺν τοῦτον.

8 * καὶ ἀπέστειλε χιρὰμ πρὸς σολομῶντα λέγων, ἀκήκοα πρὸς πάντων ὧν ἀπέστειλας πρός με, ἐγὼ ποιήσω τὸ θέλημά σου εἰς ξύλα κέδρινα καὶ πεύκινα.

9 * ⓓ δοῦλοί μου καταξύουσιν αὐτὰ ἐκ τοῦ λιβάνου εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐγὼ θήσομαι αὐτὰ εἰς σχεδίας ἕως τοῦ τόπου οὗ ἂν ἀποστείλῃς πρός με, καὶ ἐκπυλάξω αὐτὰ ἐκεῖ καὶ σὺ ἀρεῖς. καὶ σὺ ποιήσεις τὸ θέλημά μου τοῦ δοῦναι ἄρτους τῷ οἴκῳ μου.

10 * καὶ ιῶ χιρὰμ ἐδίδου σολομῶντι κέδρους καὶ πεύκας κατὰ πᾶν τὸ θέλημα αὐτοῦ.

11 * καὶ σολομὼν ἔδωκε τῷ χιρὰμ εἴκοσι χιλιάδας κόρους πυροῦ μαχὰλ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ εἴκοσι βὰθ ἐλαίου κεκοπανισμένου. κατὰ τοῦτο ἐδίδου σολομὼν τῷ χιρὰμ καθ' ἐνιαυτόν.

12 * καὶ κύριος ἔδωκε τῷ σολομῶντι σοφίαν καθὼς ἐλάλησεν αὐτῷ. καὶ ιῶ εἰρήνη ἀναμέσον χιρὰμ & ἀναμέσον σολομῶντος. & διέθεντο διαθήκην ἀναμέσον ἑαυτῶν.

13 * καὶ ἀνέβησεν ὁ βασιλεὺς σολομὼν φόρον ἐκ παντὸς ἰσραήλ· & ιῶ ὁ φόρος τριάκοντα χιλιάδες ἀνδρῶν.

14 * καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν λίβανον, δέκα χιλιάδες ἐν τῷ μηνὶ ἀλλασσόμενοι, μῆνα ἕνα ἦσαν ἐν τῷ λιβάνῳ, καὶ δύο μῆνας ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῶν. καὶ ἀδονιρὰμ ἐπὶ τοῦ φόρου.

---

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

4 Et nunc requiem dedit Dominus Deus meus mihi vndique; non eſt aduerſarius, nec occurſus malus.

5 Et ecce ego dico quòd ædificabo domum nomini Domini Dei mei, ſicut locutus eſt Dominus cum Dauid patre meo, dicēdo: Filius tuus quem dabo pro te ſuper ſolium regni tui, ipſe ædificabit domum nomini meo.

6 Et nunc iube vt ſcindant mihi cedros ex Libnan, & ſerui mei erunt cum ſeruis tuis; & mercedem ſeruorum tuorum dabo tibi iuxta id quod dixeris: nam tu noſti quòd non eſt inter nos vir qui norit ſcindere ligna vt Szidonæi.

7 Et fuit cùm audiſſet Hhiram verba Selomoh, lætatus eſt valdè, & dixit: Benedictus Deus hodie, qui dedit Dauid filium ſapientem ſuper populum multum hunc. 8 Et miſit Hhiram ad Selomoh dicendo: Audiui quòd miſiſti ad me. ego ſufficiam omnem neceſſitatem tuam in lignis cedrorum & lignis abietum. 9 Serui mei deducent *ligna* ex Libnan ad mare, & ego ponam ea per rates in mare vſque ad locum ad quē miſeris mihi, & coniiciam ea ibi, & tu tolles: & tu ſuppeditabis neceſſitatem meam dando cibum viris domus meæ. 10 Et Hhiram præbuit Selomoh ligna cedrorum & ligna abietum, omnem neceſſitatem eius.

11 Et Selomoh dedit Hhiram viginti millia cororum frumenti in ſuſtentationem hominibus domus eius, & viginti coros olei contuſi: ſic dedit Selomoh Hhiram ſingulis annis. 12 Et Dominus dedit ſapientiam Selomoh, ſicut locutus fuerat ei. & fuit pax inter Hhiram & Selomoh; & percuſſerunt fœdus ambo ipſi.

13 Et præpoſuit rex Selomoh conuectores tributorum ex omni Iſrael, & fuerunt conuectores tributorum triginta millia virorum.

14 Et miſit illos ad Libnan decem millia virorum, in menſe viciſſim vno menſe erant in Libnan, & duobus menſibus in domo ſua. & Adoniram erat præpoſitus ſuper conuectores tributorum.

15 * וַיְהִי לִשְׁלֹמֹה שִׁבְעִים אֶלֶף נֹשֵׂא סַבָּל וּשְׁמֹנִים
אֶלֶף חֹצֵב בָּהָר׃
16 * לְבַד מִשָּׂרֵי הַנִּצָּבִים לִשְׁלֹמֹה אֲשֶׁר עַל־
הַמְּלָאכָה שְׁלֹשׁ אֲלָפִים וּשְׁלֹשׁ מֵאוֹת הָרֹדִים
בָּעָם הָעֹשִׂים בַּמְּלָאכָה׃
17 * וַיְצַו הַמֶּלֶךְ וַיַּסִּעוּ אֲבָנִים גְּדֹלוֹת אֲבָנִים יְקָרוֹת
לְיַסֵּד הַבַּיִת אַבְנֵי גָזִית׃
18 * וַיְפַסְּלוּ בֹנֵי שְׁלֹמֹה וּבֹנֵי חִירוֹם וְהַגִּבְלִים וַיָּכִינוּ
הָעֵצִים וְהָאֲבָנִים לִבְנוֹת הַבָּיִת׃

ו

1 * וַיְהִי בִשְׁמוֹנִים שָׁנָה וְאַרְבַּע מֵאוֹת שָׁנָה
לְצֵאת בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל מֵאֶרֶץ־מִצְרַיִם בַּשָּׁנָה הָרְבִיעִית
בְּחֹדֶשׁ זִו הוּא הַחֹדֶשׁ הַשֵּׁנִי לִמְלֹךְ שְׁלֹמֹה עַל־
יִשְׂרָאֵל וַיִּבֶן הַבַּיִת לַיהוָה׃
2 * וְהַבַּיִת אֲשֶׁר בָּנָה הַמֶּלֶךְ שְׁלֹמֹה לַיהוָה שִׁשִּׁים־
אַמָּה אָרְכּוֹ וְעֶשְׂרִים רָחְבּוֹ וּשְׁלֹשִׁים אַמָּה קוֹמָתוֹ׃
3 * וְהָאוּלָם עַל־פְּנֵי הֵיכַל הַבַּיִת עֶשְׂרִים אַמָּה אָרְכּוֹ
עַל־פְּנֵי רֹחַב הַבָּיִת עֶשֶׂר בָּאַמָּה רָחְבּוֹ עַל־פְּנֵי הַבָּיִת׃
4 * וַיַּעַשׂ לַבַּיִת חַלֹּנֵי שְׁקֻפִים אֲטֻמִים׃
5 * וַיִּבֶן עַל־קִיר הַבַּיִת יָצוּעַ סָבִיב אֶת־קִירוֹת הַבַּיִת
סָבִיב לַהֵיכָל וְלַדְּבִיר וַיַּעַשׂ צְלָעוֹת סָבִיב׃
6 * הַיָּצוּעַ הַתַּחְתֹּנָה חָמֵשׁ בָּאַמָּה רָחְבָּה וְהַתִּיכוֹנָה
שֵׁשׁ בָּאַמָּה רָחְבָּה וְהַשְּׁלִישִׁית שֶׁבַע בָּאַמָּה רָחְבָּה
כִּי מִגְרָעוֹת נָתַן לַבַּיִת סָבִיב חוּצָה לְבִלְתִּי אֲחֹז
בְּקִירוֹת הַבָּיִת׃
7 * וְהַבַּיִת בְּהִבָּנְתּוֹ אֶבֶן שְׁלֵמָה מַסָּע נִבְנָה וּמַקָּבוֹת
וְהַגַּרְזֶן כָּל־כְּלִי בַרְזֶל לֹא־נִשְׁמַע בַּבַּיִת בְּהִבָּנְתּוֹ׃
8 * פֶּתַח הַצֶּלַע הַתִּיכֹנָה אֶל־כֶּתֶף הַבַּיִת הַיְמָנִית
וּבְלוּלִים יַעֲלוּ עַל־הַתִּיכֹנָה וּמִן־הַתִּיכֹנָה אֶל־
הַשְּׁלִשִׁים׃

15 * Fuerũt itaq; Salomoni ſeptuaginta millia eorum qui onera portabãt,& octogin-
16 ta millia latomorum in mõte: * abſq; prępoſitis qui præerant ſingulis operibus numero trium millium & trecentorum prę-
cipientiũ populo,& his qui faciebãt opus.
17 * Præcepitq; rex vt tollerent lapides grandes,lapides precioſos in fundamentũ tem
18 pli,& quadrarent eos, * quos dolauerunt cęmentarij Salomonis & cęmentarij Hiram.Porrò Giblij præparauerunt ligna,& lapides ad ædificandam domum.

CAP. VI.

1 * FActum eſt ergo quadringenteſimo & 2.Pa.3.1
A octogeſimo anno egreſsionis filiorũ Iſrael de terra Ægypti in anno quarto menſe Zio, ipſe eſt menſis ſecundus regni Salomonis ſuper Iſrael, ædificare cœpit do-
2 mum Domino. * Domus autẽ quam ædificabat rex Salomõ Dño,habebat ſexaginta cubitos in lõgitudine, & viginti cubitos in latitudine,& triginta cubitos in al-
3 titudine. * Et porticus erat ante templum viginti cubitorũ longitudinis, iuxta menſuram latitudinis templi, & habebat decẽ
4 cubitos latitudinis ante faciẽ templi: * Fe-
5 citque in templo feneſtras obliquas, * & ędificauit ſuper parietem templi tabulata per gyrũ in parietibus domusper circuitũ templi & oraculi,& fecit latera in circui-
6 tu. * Tabulatũ quod ſubter erat quinq; cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatũ ſex cubitorũ latitudinis, & tertiũ tabulatũ ſeptem habens cubitos latitudinis. Trabes autem poſuit in domo per circuitũ forinſecus, vt nõ hærerent muris tẽ-
7 pli. * Domus autem cùm ædificaretur de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata eſt: & malleus & ſecuris, & omne ferra-
B mentum non ſunt audita in domo cùm
8 ædificaretur. * Oſtium lateris medij in pariete erat domus dextræ, & per cochleam aſcendebant in medium cœnaculum, & à medio in tertium.

---

תרגום יונתן

15 וַהֲוָה לִשְׁלֹמֹה שִׁבְעִין אַלְפִין דְּנָטְלִין בְּכִתְפָא וְתַמְנָן אַלְפִין דְּפָסְלִין בְּטוּרָא׃ 16 בַּר מֵרַבָּנֵי אִיסְטַרְטִינַיָּא דִּלְשְׁלֹמֹה דְּמִמַּנָּן עַל
עִיבִידְתָּא תְּלָתָא אַלְפִין וּתְלָת מְאָה דְּמַפְלְחִין בְּעַמָּא דְּעָבְדִין בְּעִבִידְתָּא׃ 17 וּפַקִּיד מַלְכָּא וַעֲקַרוּ אַבְנִין רַבְרְבָן אַבְנִין טָבָן לְשַׁכְלָלָא
בַּיְתָא אַבְנִין פְּסִילָן׃ 18 וּפְסָלוּ אַרְדִיכְלֵי שְׁלֹמֹה וְאַרְדִיכְלֵי חִירָם וְאַרְגְּבְלָאֵי וְאַתְקִינוּ אָעֲיָא וְאַבְנַיָּא לְמִבְנֵי בַּיְתָא׃

ו

1 וַהֲוָה בְּאַרְבַּע מְאָה וְתַמְנָן שְׁנִין לְמִיפַּק בְּנֵי יִשְׂרָאֵל מֵאַרְעָא דְמִצְרַיִם בְּשַׁתָּא רְבִיעָאָה בְּיַרְחָא זִיו נִיצָנָיָא הוּא יַרְחָא תִּנְיָנָא לְמַלְכוּתֵהּ
שְׁלֹמֹה עַל יִשְׂרָאֵל וּבְנָא בַּיְתָא קֳדָם יְיָ׃ 2 וּבַיְתָא דִּבְנָא מַלְכָּא שְׁלֹמֹה קֳדָם יְיָ שִׁיתִּין אַמִּין אָרְכֵּיהּ וְעֶשְׂרִין פּוּתְיֵהּ וּתְלָתִין אַמִּין רוּמֵיהּ׃
3 וְאוּלְמָא עַל אַפֵּי הֵיכְלָא דְּבַיְתָא עֶשְׂרִין אַמִּין אָרְכֵּיהּ עַל אַפֵּי פּוּתְיָא דְבַיְתָא עֲשַׂר אַמִּין פּוּתְיֵהּ עַל אַפֵּי בַּיְתָא׃ 4 וַעֲבַד לְבַיְתָא
כַּוִּין פְּתִיחִין מְרָגְיוּ וּסְתִימָן מִלְּבַר וְחָפַן כְּלִינְסָא בַּיִת שְׁרַיָּת אַנְחָה רֵישֵׁי שְׁרַיָּת אַרְזַיָּא׃ 5 וּבְנָא עַל כָּתְלֵי בַּיְתָא זִיזָא סְחוֹר סְחוֹר אַפֵּק עַל כָּתְלֵי
בַּיְתָא סְחוֹר סְחוֹר לְהֵיכְלָא וּלְבִית כַּפּוּרֵי וַעֲבַד מְחִיצָתָא׃ 6 מְחִיצְתָא אַרְעִיתָא חֲמֵשׁ אַמִּין פּוּתְיֵהּ וּמְצִיעָתָא שִׁית אַמִּין
פּוּתְיֵהּ וּתְלִיתָאָה שְׁבַע אַמִּין פּוּתְיֵהּ אֲרֵי נִפְקָתָא עֲבַד לְגָיו לְבָרָא מִן מְחִיצָיָא לְמֶהֱוֵי רֵישֵׁי שְׁרָיָתָא נְיָחִין עַל זִיזָא וְלָא יֶהֱוֵין שְׁרָיָתָא מְעַבְּרָן
בְּכָתְלֵי בַּיְתָא׃ 7 וּבַיְתָא בְּאִתְבְּנָיוּתֵיהּ אַבְנִין שְׁלָמָן מְטַקַּס אִתְבְּנִי וְאַרְזוּבִין וְחוּלִילִין כָּל מָאן דְּבַרְזְלָא לָא אִשְׁתְּמַע בְּבַיְתָא בְּאִתְבְּנָיוּתֵיהּ׃
8 תַּרְעָא דְמְחִיצְתָא אַרְעִיתָא פְּתִיחַ לְעִבַּר בֵּיתָא מִיְמִינָא וּבְמִסְבְּתָא סָלְקִין מִן אַרְעִיתָא לְעִילִיתָא בְּאוֹרַח מְצִיעָתָא׃

15 * Et fuerunt Salomoni septuaginta millia eorum qui portabant onus, & octoginta millia latomorum in monte,

16 * Absque principibus qui præerant super opera Salomonis tria millia & trecenti præfecti populi qui faciebant opera.

17 * Et præcepit rex, & tollunt lapides grandes preciosos in fundamentum domus & lapides dolatos.

18 * Et dolauerant serui Salomonis & serui Chiram & Giblij, & præparauerunt lapides, & ligna ad ædificandum domum.

15 * καὶ ἦσαν τῷ Σολομῶντι ἑβδομήκοντα χιλιάδες αἰρόντων ἄρσιν, καὶ ὀγδοήκοντα χιλιάδες λατόμων ἐν τῷ ὄρει,

16 * ἐκτὸς τῶν ἀρχόντων τῶν καθεσταμένων ἐπὶ τῶν ἔργων τοῦ Σολομῶντος τρισχίλιοι καὶ τριακόσιοι ἐπισάται ἐκ λαοῦ τῶν ποιούντων τὰ ἔργα.

17 * καὶ ἐνετείλατο ὁ βασιλεύς, καὶ ἄραι λίθους μεγάλους λιμένας εἰς τὸ θεμέλιον τοῦ οἴκου καὶ λίθους τετμημένους.

18 * καὶ ἐτελέκησαν οἱ δοῦλοι Σολομῶντος καὶ οἱ δοῦλοι χειρὼμ καὶ οἱ γίβλιοι, καὶ ἡτοίμασαν τοὺς λίθους καὶ τὰ ξύλα τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον.

## CAP. VI.

1 ET factum est in octogesimo & quadringentesimo anno egressionis filiorum Israel de Ægypto, anno quarto in secundo mense regnante rege Salomone super Israel, & ædificauit domum Domino.

2 * Et domus quam ædificauit rex Salomon Domino, sexaginta cubiti longitudo eius, et viginti cubiti latitudo eius, & triginta cubiti altitudo eius.

3 * Et vestibulum ante faciem templi viginti cubiti longitudo eius super latitudinem domus, & decem in cubito latitudo eius ante faciem domus.

4 * Et fecit domui fenestras cancellatas secretas.

5 * Et fecit super parietem domus trabes per gyrum templo & oraculo. & fecit latera in circuitu.

6 * Latus quod subter, quinque cubitorum latitudo eius. & medium sex cubitorum latitudo, & tertium septem cubitorum latitudo eius, quia distantiam dedit domui per circuitum forinsecus domus, vt non hærerent parietibus domus:

7 * Nam domus cùm ædificaretur ipsa, lapidibus integris dolatis ædificata est. & malleus et securis & omne instrumentum ferreum non auditum fuit quum ædificabatur ipsa.

8 * Et ostium lateris inferioris ad humerum domus dextrũ, & cochlearis ascensus in medium, & de medio in culmen tertium.

1 * Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ καὶ τετρακοσιοστῷ ἔτει τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν ἰσραὴλ ἐκ τῆς αἰγύπτου τῷ ἔτει τῷ τετάρτῳ ἐν τῷ δευτέρῳ μηνὶ βασιλεύοντος τοῦ βασιλέως Σολομῶντος ἐπὶ τὸν ἰσραήλ, καὶ ᾠκοδόμησε τὸν οἶκον τῷ κυρίῳ.

2 * καὶ ὁ οἶκος ὃν ᾠκοδόμησεν ὁ βασιλεὺς Σολομὼν τῷ κυρίῳ ἑξήκοντα πήχεις τὸ μῆκος αὐτοῦ, καὶ εἴκοσι πήχεις τὸ πλάτος αὐτοῦ, καὶ τριάκοντα πήχεις τὸ ὕψος αὐτοῦ.

3 * καὶ τὸ ἐλαμ κατὰ πρόσωπον τοῦ ναοῦ εἴκοσι πήχεις τὸ μῆκος αὐτοῦ ἐπὶ τὸ πλάτος τοῦ οἴκου, καὶ δέκα ἐν πήχει τὸ πλάτος αὐτοῦ κατὰ πρόσωπον τοῦ οἴκου.

4 * καὶ ἐποίησεν τῷ οἴκῳ θυρίδας ἀπεκλεισμένας κρυπτάς.

5 * καὶ ἐποίησεν ἐπὶ τὸν τοῖχον τοῦ οἴκου μέλαθρα κυκλόθεν τῷ ναῷ καὶ τῷ δαβίρ. καὶ ἐποίησε πλευρὰς κύκλῳ.

6 * ἡ πλευρὰ ἡ ὑποκάτω, πέντε πηχέων τὸ πλάτος αὐτῆς. καὶ τὸ μέσον ἓξ πηχέων τὸ πλάτος, καὶ ἡ τρίτη ἑπτὰ πηχέων τὸ πλάτος αὐτῆς, ὅτι διάστημα ἔδωκεν τῷ οἴκῳ κυκλόθεν ἔξωθεν τοῦ οἴκου, ὅπως μὴ ἐπαμβαίνωσιν τῶν τοίχων τοῦ οἴκου.

7 * ὁ γὰρ οἶκος ἐν τῷ οἰκοδομεῖσθαι αὐτόν, λίθοις ὁλοκλήροις ἀκατεργάστοις ᾠκοδομήθη. καὶ σφῦρα καὶ πέλεκυς καὶ πᾶν σκεῦος σιδηροῦν οὐκ ἠκούσθη ἐν τῷ οἰκοδομεῖσθαι αὐτόν.

8 * καὶ ὁ πυλὼν τῆς πλευρᾶς τῆς ὑποκάτωθεν ἐπὶ τὸ ὠμίαν τοῦ οἴκου τὸ δεξιόν, καὶ ἑλικτὴ διάβασις εἰς τὸ μέσον καὶ ἐκ τοῦ μέσου ἐπὶ τὰ τεσσαρα.

---

## CHALDAIÇAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

15 Et fuerunt Selomoh septuaginta millia qui portabant humero, & octoginta millia qui cædebant in monte.

16 Præter magistros antesignanorum Selomoh qui præpositi erant super opus, tria millia & trecenti, qui seruire faciebant populum qui faciebat opus. 17 Et iussit rex vt eruerent lapides magnos, lapides bonos ad fundandum domum, lapides cæsos.

18 Et ceciderunt architecti Selomoh & architecti Hhiram, & cæsores, & composuerunt ligna & lapides ad ædificandum domum.

## CAP. VI.

ET fuit quadringentesimo & octogesimo anno, ex quo egressi sunt filij Israel de terra Miszraim, anno quarto mense splédoris florũ (ipse est mensis secundus, quo regnauit Selomoh super Israel) ædificauit domum Domino. 2 Et domus quam ædificauit rex Selomoh Domino, sexaginta cubitorum erat longitudo eius, & viginti latitudo eius, & triginta cubitorum altitudo eius. 3 Et porticus erat ante templum domus, & viginti cubitorum erat longitudo eius ante latitudinem domus, & decem cubitorum latitudo eius ante domum.

4 Et fecit domui feneſtras apertas intrinsecus & clausas forinsecus, & operiebant vectem domus quietis, capita tigni cedrini. 5 Et ędificauit super parietes domus prominentiã in circuitu, gyrauitqúe parietes domus circumcirca templum & domũ propitiationũ: & fecit appendices per circuitum. 6 Appendicis inferioris quinque cubitorum erat latitudo, & medij sex cubitorum latitudo, & tertij septem cubitorũ latitudo. quia proiecturam fecit in medio forinsecus ab appendicibus vt capita tignorum quiescerent super prominentias, & non tigna transirent parietes domus. 7 Et domus dum ædificaretur, lapidibus perfectis ordinationis ædificata est. & mallei & secures, omne instrumentum ferri non auditum est in domo dum ædificaretur. 8 Porta appendicis inferioris aperta erat in latere domus dextro, & per cochleas ascendebant ab inferiori ad superiorem per viam appendicum.

9 * וַיִּבֶן אֶת־הַבַּיִת וַיְכַלֵּהוּ וַיִּסְפֹּן אֶת־הַבַּיִת גְּבִים
וְשִׂדֹרֹת בָּאֲרָזִים׃
10 * וַיִּבֶן אֶת־הַיָּצִיעַ עַל־כָּל־הַבַּיִת חֲמֵשׁ אַמּוֹת
קוֹמָתוֹ וַיֶּאֱחֹז אֶת־הַבַּיִת בַּעֲצֵי אָרָזִים׃
11 * וַיְהִי דְבַר־יְהוָה אֶל־שְׁלֹמֹה לֵאמֹר׃
12 * הַבַּיִת הַזֶּה אֲשֶׁר־אַתָּה בֹנֶה אִם־תֵּלֵךְ בְּחֻקֹּתַי
וְאֶת־מִשְׁפָּטַי תַּעֲשֶׂה וְשָׁמַרְתָּ אֶת־כָּל־מִצְוֹתַי
לָלֶכֶת בָּהֶם וַהֲקִמֹתִי אֶת־דְּבָרִי אִתָּךְ אֲשֶׁר דִּבַּרְתִּי
13 אֶל־דָּוִד אָבִיךָ׃ * וְשָׁכַנְתִּי בְתוֹךְ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל
וְלֹא אֶעֱזֹב אֶת־עַמִּי יִשְׂרָאֵל׃
14 * וַיִּבֶן שְׁלֹמֹה אֶת־הַבַּיִת וַיְכַלֵּהוּ׃
15 * וַיִּבֶן אֶת־קִירוֹת הַבַּיִת מִבֵּיתָה בְּצַלְעוֹת אֲרָזִים
מִקַּרְקַע הַבַּיִת עַד־קִירוֹת הַסִּפֻּן צִפָּה עֵץ מִבַּיִת וַיְצַף
אֶת־קַרְקַע הַבַּיִת בְּצַלְעוֹת בְּרוֹשִׁים׃
16 * וַיִּבֶן אֶת־עֶשְׂרִים אַמָּה מֵיַרְכְּתֵי הַבַּיִת בְּצַלְעוֹת
אֲרָזִים מִן־הַקַּרְקַע עַד־הַקִּירוֹת וַיִּבֶן לוֹ מִבַּיִת
לִדְבִר לְקֹדֶשׁ הַקָּדָשִׁים׃
17 * וְאַרְבָּעִים בָּאַמָּה הָיָה הַבַּיִת הוּא הַהֵיכָל לִפְנִי׃
18 * וְאֶרֶז אֶל־הַבַּיִת פְּנִימָה מְקֻלַּעַת פְּקָעִים וּפִטּוֵרֵי
צִצִּים הַכֹּל אֶרֶז אֵין אֶבֶן נִרְאָה׃
19 * וּדְבִיר בְּתוֹךְ־הַבַּיִת מִפְּנִימָה הֵכִין לְתֵת שָׁם
אֶת־אֲרוֹן בְּרִית יְהוָה׃
20 * וְלִפְנֵי הַדְּבִיר עֶשְׂרִים אַמָּה אֹרֶךְ וְעֶשְׂרִים אַמָּה
רֹחַב וְעֶשְׂרִים אַמָּה קוֹמָתוֹ וַיְצַפֵּהוּ זָהָב סָגוּר וַיְצַף
21 מִזְבֵּחַ אָרֶז׃ * וַיְצַף שְׁלֹמֹה אֶת־הַבַּיִת מִפְּנִימָה זָהָב
סָגוּר וַיַּעֲבֵר בְּרַתֹּקוֹת זָהָב לִפְנֵי הַדְּבִיר וַיְצַפֵּהוּ זָהָב׃
22 * וְאֶת־כָּל־הַבַּיִת צִפָּה זָהָב עַד־תֻּם כָּל־הַבָּיִת וְכָל־
הַמִּזְבֵּחַ אֲשֶׁר־לַדְּבִיר צִפָּה זָהָב׃
23 * וַיַּעַשׂ בַּדְּבִיר שְׁנֵי כְרוּבִים עֲצֵי־שֶׁמֶן עֶשֶׂר אַמּוֹת
קוֹמָתוֹ׃

9 * Et ædificauit domũ & consummauit
eam. Texit quoque domum laquearibus
10 cedrinis: * Et ædificauit tabulatum super
omnem domum quinque cubitis altitu-
dinis,& operuit domum lignis cedrinis.
11 * Et factus est sermo Domini ad Salomo-
12 nem,dicens: *Domus hæc quam ędificas,
si ambulaueris in præceptis meis, & iudi-
cia mea feceris,& custodieris omnia man-
data mea gradiens per ea,firmabo sermo-
nem meum tibi quem locutus sum ad Da
13 uid patrem tuum: *Et habitabo in medio
filiorum Israel,& non derelinquam popu
14 lum meum Israel. *Igitur ædificauit Salo-
15 mon domũ & consummauit eam.*Et ędi-
ficauit parietes domus intrinsecus tabula-
tis cedrinis à pauimento domus vsque ad
summitatem parietum & vsq; ad laquea-
ria, & operuit lignis cedrinis intrinsecus,
& texit pauimentum domus tabulis abie-
16 gnis. *Ædificauitque viginti cubitorũ ad
posteriorem partem templi tabulata ce-
drina à pauimento vsque ad superiora, &
fecit interiorem domum oraculi in san-
17 ctum sanctorum.*Porrò quadraginta cu-
C bitorum erat ipsum templum prę foribus
18 oraculi: *Et cedro oĩs domus intrinsecus
vestiebatur, habẽs tornaturas & iũcturas
suas fabrefactas & cęlaturas eminẽtes.om
nia cedrinis tabulis vestiebantur,nec om-
nino lapis apparere poterat in pariete.
19 *Oraculũ autẽ in medio domus in inte-
riori parte fecerat, vt poneret ibi arcá fœ-
20 deris Dñi.*Porrò oraculũ habebat viginti
cubitos lõgitudinis, & viginti cubitos la-
titudinis, & vigĩti cubitos altitudinis: &
opuit illud atque vestiuit auro purissimo.
21 sed & altare vestiuit cedro. *Domũ quoq;
ante oraculũ opuit auro purissimo: & affi
22 xit laminas clauis aureis.*Nihil erat in tẽ-
plo quod nõ auro tegeretur. sed & totum
23 altare oraculi texit auro. * Et fecit in ora-
culo duos cherubin de lignis oliuarum
decem cubitorum altitudinis.

תרגום יונתן

9 וּבְנָא יַת בֵּיתָא וְשַׁכְלֵלֵיהּ וְטַלֵּיל יַת בֵּיתָא בְּהִנְתּוּכִין וְעִילָא מִנְּחוֹן סִדְרָא דְּרִיכְפַּת רֵישֵׁי שַׁרְיַת אַרְזָיָא׃ 10 וּבְנָא יַת חֵיקָא עַל כָּל
בֵּיתָא חֲמֵשׁ אַמִּין רוּמֵיהּ וְטַלֵּיל יַת בֵּיתָא בַּאֲעֵי אַרְזָיָא׃ 11 וַהֲוָה פִּתְגָמָא מִן קֳדָם יְיָ עִם שְׁלֹמֹה לְמֵימַר׃ 12 בֵּיתָא הָדֵין
דְּאַתְּ בָּנֵי אִם תְּהָךְ בִּקְיָמַי וְאִם יַת דִּינַי תַּעְבֵּיד וְתִטַּר יַת כָּל פִּקּוּדַי לְמֶהָךְ בְּהוֹן וְאָקִים יַת פִּתְגָמִי עִמָּךְ דְּמַלֵּילִית עִם דָּוִד אֲבוּךְ׃
13 וְאֶשְׁרֵי שְׁכִינְתִי בְּגוֹ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלָא אֶרְחֵיק יַת עַמִּי יִשְׂרָאֵל׃ 14 וּבְנָא שְׁלֹמֹה יַת בֵּיתָא וְשַׁכְלֵלֵיהּ׃
15 וּבְנָא יַת כְּתָלֵי בֵּיתָא מִלְגָיו בְּמִחְיֹצַת אַרְזָא מֵאַרְעִית בֵּיתָא וְעַד כְּתָלַיָּא עַד מְטֵי שְׁמֵי שַׁרְיָתָא חָפֵי נִסְרִין דַּאַרְזָא מִלְגָיו וְחָפֵי יַת אוּשֵׁי
בֵּיתָא בְּמִחְיֹצַת בֵּירְנָן׃ 16 וּבְנָא יַת עֶשְׂרִין אַמִּין מִסְפֵּי בֵּיתָא בְּמִחְיֹצַת אַרְזָא מִן אוּשַׁיָּא וְעַד כְּתַלַיָּא וּבְנָא לֵיהּ מִלְגָיו לְבֵית מַלְגֵי בְּפוּרֵי
לְקוּדְשָׁ קֻדְשַׁיָּא׃ 17 וְאַרְבְּעִין אַמִּין הֲוָה בֵּיתָא הוּא הֵיכְלָא לְקִבְלֵיהּ׃ 18 וְנִסְרִין דְּאַרְזָא חָפֵי בֵּיתָא מִלְגָיו וּגְלַף חֵיזוּ בִּיעִין
וְאַשׁוּנִין שׁוֹשַׁנִּין כָּל בֵּיתָא חָפֵי נִסְרִין דְּאַרְזָא לֵית אַבְנָא מִתְחַזְיָא׃ 19 וּבֵית כַּפּוּרֵי בְגוֹ בֵּיתָא מִלְגָיו אַתְקִין לְמֶתַן תַּמָּן יַת אֲרוֹן קְיָמָא דַּייָ׃
20 וּקְדָם בֵּית כַּפּוּרֵי עֶשְׂרִין אַמִּין אָרְכָּא וְעֶשְׂרִין אַמִּין פּוּתְיָא וְעֶשְׂרִין אַמִּין רוּמֵיהּ וְחַפָּהִי דַּהֲבָא טָבָא וְחָפָא מַדְבְּחָא נִסְרִין דַּאַרְזָא׃
21 וְחָפָא שְׁלֹמֹה יַת בֵּיתָא מִלְגָיו דַּהֲבָא טָבָא וְאַעְבַּר בְּשַׁלְשְׁלָן דְּדַהֲבָא קֳדָם בֵּית כַּפּוּרֵי וְחָפָהִי דַּהֲבָא׃
22 וְיָת כָּל בֵּיתָא חָפָא דַּהֲבָא עַד דְּשֵׁלִים כָּל בֵּיתָא וְכָל מַדְבְּחָא דִּי לְבֵית כַּפּוּרֵי חָפָא דַּהֲבָא׃
23 וַעֲבַד בְּבֵית כַּפּוּרֵי תְּרֵין כְּרוּבִין דַּאֲעֵי זֵיתָא עֲשַׂר אַמִּין רוּמֵיהּ׃

9 * καὶ ᾠκοδόμησε τὸν οἶκον καὶ συνετέλεσεν αὐτόν. καὶ ἐκοιλοστάθμει αὐτὸν ἐν κέδρῳ.

10 * καὶ ᾠκοδόμησε τοῦ ἐνδέσμους διʼ ὅλου τοῦ οἴκου πέντε πηχέων τὸ ὕψος αὐτοῦ, καὶ συνέχεν ἐνδέσμοις ἐν ξύλοις κεδρίνοις.

11 * καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς Σολομῶντα λέγων·

12 * ὁ οἶκος οὗτος ὃν σὺ οἰκοδομεῖς, ἐὰν ὁδεύσῃς ἐν τοῖς προστάγμασί μου, καὶ τὰ κρίματά μου ποιῇς, καὶ φυλάσσῃς πάσας τὰς ἐντολάς μου πορευόμενος ἐν αὐταῖς, στήσω τὸν λόγον μου μετὰ σοῦ ὃν ἐλάλησα πρὸς Δαυὶδ τὸν πατέρα σου.

13 * καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ υἱῶν Ἰσραήλ, καὶ οὐ καταλείψω τὸν λαόν μου Ἰσραήλ.

14 * καὶ ᾠκοδόμησεν Σολομὼν τὸν οἶκον καὶ συνετέλεσεν αὐτόν.

15 * καὶ ᾠκοδόμησε τοῦ τοίχους τοῦ οἴκου ἔσωθεν διὰ ξύλων κεδρίνων ἀπὸ τοῦ ἐδάφους τοῦ οἴκου καὶ ἕως τῶν τοίχων καὶ ἕως τῶν δοκῶν. καὶ ἐκοιλοστάθμησε συνεχόμενα ἐν ξύλοις ἔσωθεν. καὶ περιέσχεν τὸ ἔσω τοῦ οἴκου ἐν πτυχίναις πλευραῖς.

16 * καὶ ᾠκοδόμησε τοῦ εἴκοσι πήχεις ἀπʼ ἄκρου τοῦ οἴκου τῶν πλευρῶν τῶν κεδρίνων ἀπὸ ἐδάφους ἕως τῶν δοκῶν. καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἔσωθεν εἰς νηὸν τῶν ἁγίων.

17 * καὶ τεσσαράκοντα πηχέων ἦν αὐτὸς ὁ ναὸς κατὰ πρόσωπον τοῦ δαβίρ,

18 * καὶ κέδρῳ περιεσκέπασε τὸν οἶκον ἔσωθεν. καὶ ἔγλυψεν κολοκύνθας καὶ διαπετάσματα πέταλα, πάντα κέδρινα, καὶ λίθος οὐκ ἐφαίνετο.

19 * καὶ τὸ δαβὶρ ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου ἔσωθεν, δοῦναι ἐκεῖ τὴν κιβωτὸν διαθήκης κυρίου.

20 * εἴκοσι πηχέων τὸ μῆκος καὶ εἴκοσι πηχέων τὸ πλάτος, καὶ εἴκοσι πηχέων τὸ ὕψος αὐτοῦ. καὶ περιέσχεν αὐτὸ χρυσίῳ συγκεκλεισμένῳ.

21 * καὶ ἐποίησε θυσιαστήριον κατὰ πρόσωπον τοῦ δαβίρ, καὶ περιέσχεν αὐτὸ χρυσίῳ.

22 * καὶ ὅλον τὸν οἶκον περιέσχε χρυσίῳ, ἕως συντελείας παντὸς τοῦ οἴκου.

23 * καὶ ἐποίησεν ἐν τῷ δαβὶρ δύο χερουβὶμ ἐκ ξύλων κυπαρισσίνων δέκα πηχέων τὸ μέγεθος ἑκατέρου·

9 * Et ædificauit domum & conſummauit eam. & laquearibus texit eam in cedris.

10 * Et ædificauit tabulata per totam domum quinque cubitorum altitudo eius, & cõfundebat tabulata in lignis cedrinis.

11 * Et factus eſt ſermo Domini ad Salomonem dicens:

12 * Domus hæc quam tu ædificas, ſi ambulaueris in præceptis meis, & iudicia mea feceris, & cuſtodieris omnia mandata mea gradiens in eis, firmabo ſermonem meum tecum quem locutus ſum ad Dauid patrem tuum.

13 * Et habitabo in medio filiorum Iſrael, & non derelinquam populum meum Iſrael.

14 * Et ædificauit Salomon domum & conſummauit eam.

15 * Et ædificauit parietes domus intrinſecus per ligna cedrina à pauimento domus & vſque ad parietes & vſque ad trabes. & laquearibus texit coniunctim in lignis intrinſecus. et texit interiorem partem domus in abiegnis lateribus.

16 * Et ædificauit viginti cubitos à ſummitate domus laterum cedrinorum à pauimento vſque ad trabes. & fecit eam intrinſecus de oraculo in ſanctum ſanctorum.

17 * Et quadraginta cubitorũ erat ipſum templum ante faciem oraculi:

18 * Et cedro operuit domum intrinſecus. & ſculpſit cælaturas & extenſas laminas, omnia cedrina, & lapis non apparebat.

19 * Et oraculum in medio domus in interiori parte, vt daret ibi arcam fœderis Domini.

20 * Viginti cubitorum longitudo, & viginti cubitorum latitudo; & viginti cubitorum altitudo eius. & operuit illud auro incluſo.

21 * Et fecit altare ante faciem oraculi, & operuit illud auro.

22 * Et totam domum operuit auro, vſque ad conſummationem totius domus.

23 * Et fecit in oraculo duo cherubim de lignis cupreſſinis, decem cubitorum magnitudo menſurata:

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

9 Et ædificauit domum & conſummauit illam, & operuit domum trabibus cauatis: & ſupra illas erat ordo multiplex capitum lignorum cedrinorum. 10 Et ædificauit cameram vltra totam domum. quinque cubitorum erat altitudo eius, & operuit domum lignis cedrinis. 11 Et fuit verbum prophetiæ à Domino cum Selomoh dicens: 12 Domus hæc quam ædificas, ſi ambulaueris in decretis meis, & ſi iudicia mea feceris, & ſeruaueris omnia præcepta mea, ambulando in illis; ſtabiliam verbum meum tecum, quod locutus ſum cum Dauid patre tuo. 13 Et ponam maieſtatem meam in medio filiorum Iſrael, & non elongabo populum meum Iſrael. 14 Et ædificauit Selomoh domum, & perfecit illam. 15 Et ædificauit parietes domus intrinſecus tabulatis cedrinis, à pauimẽto domus vſque ad parietes, donec attigiſſet cælos lignorum, & obduxit tabulis cedrinis intrinſecus, & obduxit fundamenta domus tabulatis abiegnis. 16 Et ædificauit viginti cubitos ab extremitatibus domus tabulatis cedrinis à fundamentis vſque ad parietes: & ædificauit ſibi intrinſecus in domo oraculum in ſanctum ſanctorum.

17 Et quadraginta cubitorum erat domus, ipſa eſt templum quod erat contra illud *oraculum*. 18 Et tabulæ cedrinæ operiebant domum intrinſecus, & ſculpſit viſionem ouorum & faſciarum & liliorum: omnis domus erat obducta tabulis cedrinis: non lapis viſus eſt. 19 Et domum oraculi in medio domus intrinſecus compoſuit, vt poneret ibi arcam fœderis Domini.

20 Et ante domum oraculi viginti cubitorũ erat longitudo, & viginti cubitorũ latitudo, & viginti cubitorũ altitudo, & obduxit illam auro bono, & obduxit altare tabulis cedrinis. 21 Et operuit Selomoh domum intrinſecus auro bono, & traduxit catenis aureis domum oraculi, & operuit eam auro. 22 Et totam domum texit auro, donec perficeretur tota domus, totumque altare quod erat in oraculo texit auro. 23 Et fecit in domo oraculi duo cherubin è lignis oleæ, decem cubitorum erat altitudo eius.

24 וְחָמֵשׁ אַמּוֹת כָּנֶף הַכְּרוּב הָאֶחָת וְחָמֵשׁ אַמּוֹת
כָּנֶף הַכְּרוּב הַשֵּׁנִית עֶשֶׂר אַמּוֹת מִקְצוֹת כְּנָפָיו וְעַד־
25 קְצוֹת כְּנָפָיו׃ וְעֶשֶׂר בָּאַמָּה הַכְּרוּב הַשֵּׁנִי מִדָּה
אַחַת וְקֶצֶב אֶחָד לִשְׁנֵי הַכְּרֻבִים׃
26 קוֹמַת הַכְּרוּב הָאֶחָד עֶשֶׂר בָּאַמָּה וְכֵן הַכְּרוּב
27 הַשֵּׁנִי׃ וַיִּתֵּן אֶת־הַכְּרוּבִים בְּתוֹךְ הַבַּיִת
הַפְּנִימִי וַיִּפְרְשׂוּ אֶת־כַּנְפֵי הַכְּרֻבִים וַתִּגַּע כְּנַף־
הָאֶחָד בַּקִּיר וּכְנַף הַכְּרוּב הַשֵּׁנִי נֹגַעַת בַּקִּיר הַשֵּׁנִי
וְכַנְפֵיהֶם אֶל־תּוֹךְ הַבַּיִת נֹגְעוֹת כָּנָף אֶל־כָּנָף׃
28 וַיְצַף אֶת־הַכְּרוּבִים זָהָב׃
29 וְאֵת כָּל־קִירוֹת הַבַּיִת מִסָּבִיב קַלַּע פִּתּוּחֵי מִקְלָעוֹת
כְּרוּבִים וְתִמֹרֹת וּפְטוּרֵי צִצִּים מִלִּפְנִים וְלַחִיצוֹן׃
30 וְאֶת־קַרְקַע הַבַּיִת צִפָּה זָהָב לִפְנִימָה וְלַחִיצוֹן׃
31 וְאֶת־פֶּתַח הַדְּבִיר עָשָׂה דַּלְתוֹת עֲצֵי־שָׁמֶן
הָאֵיל מְזוּזוֹת חֲמִשִּׁית׃
32 וּשְׁתֵּי דַּלְתוֹת עֲצֵי־שֶׁמֶן וַיְקַלַּע עֲלֵיהֶם מִקְלְעוֹת
כְּרוּבִים וְתִמֹרֹת וּפְטוּרֵי צִצִּים וְצִפָּה זָהָב וַיַּרְד עַל־
הַכְּרֻבִים וְעַל־הַתִּמֹרֹת אֶת־הַזָּהָב׃
33 וְכֵן עָשָׂה לְפֶתַח הַהֵיכָל מְזוּזוֹת עֲצֵי־שָׁמֶן
מֵאֵת רְבִעִית׃
34 וּשְׁתֵּי דַלְתוֹת עֲצֵי בְרוֹשִׁים שְׁנֵי צְלָעִים הַדֶּלֶת
הָאַחַת גְּלִילִים וּשְׁנֵי קַלָּעִים הַדֶּלֶת הַשֵּׁנִית גְּלִילִים׃
35 וְקָלַע כְּרֻבִים וְתִמֹרוֹת וּפְטֵרֵי צִצִּים וְצִפָּה
זָהָב מְיֻשָּׁר עַל־הַמְּחֻקָּה׃
36 וַיִּבֶן אֶת־הֶחָצֵר הַפְּנִימִית שְׁלֹשָׁה טוּרֵי גָזִית
וְטוּר כְּרֻתוֹת אֲרָזִים׃
37 בַּשָּׁנָה הָרְבִיעִת יֻסַּד בֵּית יְהוָה בְּיֶרַח זִו׃
38 וּבַשָּׁנָה הָאַחַת עֶשְׂרֵה בְּיֶרַח בּוּל הוּא הַחֹדֶשׁ
הַשְּׁמִינִי כָּלָה הַבַּיִת לְכָל־דְּבָרָיו וּלְכָל־מִשְׁפָּטוֹ
וַיִּבְנֵהוּ שֶׁבַע שָׁנִים׃

24 *Quinque cubitorum ala cherub vna,
& quinque cubitorum ala cherub altera,
id est, decem cubitos habentes à summita-
te alæ vsque ad alæ alterius summitatem.
25 *Decem quoque cubitorum erat cherub
D secundus in mensura pari, & opus vnum
26 erat in duobus cherubim, *id est, altitudi
nem habebat vnus cherub decem cubito-
27 rum, & similiter cherub secundus. *Po-
suitq; cherubin in medio templi interio-
ris. extendebãt autem alas suas cherubin,
& tangebat ala vna parietem, & ala che-
rub secundi tangebat parietem alterum:
alæ autem in media parte templi seinui-
28 cem contingebant. *Texit quoque cheru-
29 bin auro. *Et omnes parietes templi per
circuitum sculpsit variis cælaturis & tor-
no. & fecit in eis cherubin & palmas, &
picturas varias quasi prominentes de pa-
30 riete & egredientes. *Sed & pauimentum
domus texit auro intrinsecus & extrinse-
31 cus. *Etĩ ingressu oraculi fecit duo ostiola
de lignis oliuarum, postesq; angulorum
32 quinque. *Et duo ostia de lignis oliua-
rum. & sculpsit in eis picturam cherubin
& palmarum species, & anaglypha valde
prominentia, & texit ea auro, & operuit
tam cherubin quàm palmas & cætera au-
33 ro. *Fecitq; in introitu templi postes de
34 lignis oliuarum quadrangulatos, *Et duo
ostia de lignis abiegnis altrinsecus, & v-
trumque ostium duplex erat, & scinuicem
35 tenens aperiebatur. *Et sculpsit cherubin
& palmas & cælaturas valdè eminentes,
operuitq; omnia laminis aureis opere
36 quadro ad regulam. *Et ædificauit atrium
interius tribus ordinibus lapidum poli-
torum, & vno ordine lignorum cedri.
37 *Anno quarto fundata est domus Domini
38 in mense Zio: * Et in anno vndecimo
mense Elul, ipse est mensis octauus, per-
fecta est domus in omni opere suo, & in
vniuersis vtensilibus suis. ædificauitq;
eam annis septem.

תרגום יונתן

24 וְחַמֵשׁ אַמִּין כְּנָפָא דְכְרוּבָא חַד וַחֲמֵשׁ אַמִּין כְּנָפָא תִּנְיָנָא עֶשֶׂר אַמִּין מִקְצַת כְּנָפוֹהִי וְעַד קְצַת כְּנָפוֹהִי׃
25 וְעֶשֶׂר אַמִּין כְּרוּבָא תִּנְיָנָא מְשַׁחְתָּא חֲדָא וְעִיבְרָא חַד לְתַרִין כְּרוּבַיָּא׃ 26 רוּמֵיהּ דְכְרוּבָא חַד עֶשֶׂר אַמִּין וְכֵן כְּרוּבָא תִּנְיָנָא׃
27 וְיָהַב יָת כְּרוּבַיָּא בְגוֹ בֵּיתָא גַּוָּאָה וּפְרִסוּ יָת כְּנָפֵי כְּרוּבַיָּא וּמַטְיָא כְּנָפָא דְכְרוּבָא חֲדָא בְּכֻתְלָא וְכָנְפָא דְכְרוּבָא תִּנְיָנָא מַטְיָא בְּכֻתְלָא תִּנְיָנָא
וְכָנְפֵיהוֹן לְגוֹ בֵּיתָא מַטְיָא כְּנַף לְכָנָף׃ 28 וַחֲפָא יָת כְּרוּבַיָּא דַּהֲבָא׃ 29 וְיָת כָּל כּוֹתְלֵי בֵּיתָא סָחִיף צִיּוּרִין וּגְלַף קְלִיעִין כְּרוּבִין
וְצוּרַת דְּקָלִין וְאַטּוּנִין שׁוֹשַׁנִּין מִלְּגָיו וְלִבָּרָא׃ 30 וְיָת אוּשְׁיָי בֵּיתָא חָפָא דַּהֲבָא מִלְגָיו וּלְבָרָא׃ 31 וְלִתְרַע בֵּית כַּפּוֹרֵי עֻבַּד תַּשְׁעִין
דַּאֲעֵי זֵיתָא אִילְהֵי וְסִפּוֹהִי מְסַקְסְקִין׃ 32 וְתַרְתֵּין דַּשְׁעִין דַּאֲעֵי זֵיתָא וּגְלַף עֲלֵיהוֹן קְלִיעִין כְּרוּבִין וְאַטּוּנִין וְשׁוֹשַׁנִּין וְחָפֵי
דַּהֲבָא וְנַסִיךְ עַל כְּרוּבַיָּא וְעַל צוּרַת דִּיקְלַיָּא יָת דַּהֲבָא׃ 33 וְכֵן עֲבַד לְתַרַע הֵיכְלָא סִיפִין דַּאֲעֵי זֵיתָא מִן רְבִיעָתָא׃
34 וְתַרְתֵּי דַּשְׁעִין דַּאֲעֵי בִּירוֹשׁ תְּרֵין צִירִין דַּשָׁא חֲדָא סְגַלְגִּלִין וּתְרֵין צִירִין דַּשָׁא תִּנְיָנָא סְגַלְגִּלִין׃
35 וּגְלַף כְּרוּבִין וְצוּרַת דְּקָלִין וְאַטּוּנִין וְשׁוֹשַׁנִּין וְחָפֵי דַּהֲבָא מְכַבַּשׁ עַל צוּרְתָּא׃
36 וּבְנָא יָת דָּרָתָא גַּוֵּיתָא חַלְתָּא סִדְרִין דְּאֶבֶן טָבָא וְסִידְרָא חַד דְּמַרִישׁ אֲעֵי אַרְזָיָא׃
37 בְּשַׁתָּא רְבִיעָיְתָא שְׁרֵי לְאִישְׁתַּכְלָלָא בֵּית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ בְּיֶרַח זִיו נִיצָנָיָא׃ 38 וּבְשַׁתָּא חַדָּא עֲשַׂרְ בְּיֶרַח מֵיסַף אַבִיבָיָא הוּא
יַרְחָא תְּמִינָאָה אִישְׁתַּכְלַל בֵּיתָא לְכָל גְּזֵרָתֵיהּ וּלְכָל דַּחֲזִי לֵיהּ וּבְנָנֵהוּ שְׁבַע שְׁנִין׃

24 ‡ Et quinque cubitorum ala cherub vnius, & quinque cubitorum ala eius secunda.

24 ‡ καὶ πέντε πηχέων τὸ πτερύγιον ἑνὸς χερουβ ἑνός, καὶ πέντε πηχέων τὸ πτερύγιον αὐτοῦ τὸ δευτερον.

25 ‡ Decem in cubito à parte alæ eius & vsque ad partem alæ eius. & secundo cherub in mensura vna consummatio vna cum ambobus.

25 ‡ δέκα ἐν πήχει ἀπὸ μέρους πτερυγίου αὐτοῦ καὶ ἕως μέρους πτερυγίου αὐτοῦ. καὶ τῷ δευτέρῳ χερουβ ἐν μέτρῳ ἑνὶ συντέλεια μία μετ' ἀμφοτέρων.

26 ‡ Et altitudo cherub vnius decem in cubito. sic & secundus cherub.

26 ‡ καὶ τὸ ὕψος τοῦ χερουβ ἑνὸς δέκα ἐν πήχει. οὕτως καὶ τὸ δευτερον χερουβ.

27 ‡ Et posuit ambo cherubim in medio domus interioris. & extendit alas suas, & tangebat ala vna parietem domus, & ala cherub secundi tangebat parietem alterum. & alæ eorum in medio domus se inuicem contingebant ala alæ.

27 ‡ καὶ ἔθηκεν ἀμφότερα τὰ χερουβὶμ ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου τοῦ ἐσωτάτου, καὶ διεπέτασε τὰς πτέρυγας αὐτῶν, καὶ ἥπτετο ἡ πτέρυξ ἡ μία τοῦ τοίχου τοῦ οἴκου, καὶ ἡ πτέρυξ τοῦ χερουβ τοῦ δευτέρου ἥπτετο τοῦ τοίχου τοῦ ἑτέρου. καὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου ἥπτοντο πτέρυξ πτέρυγος.

28 ‡ Et texit Cherubim auro:

28 ‡ καὶ ἐκάλυψε τὰ χερουβὶμ χρυσίῳ.

29 ‡ Et omnes parietes domus per circuitū in cælaturis sculpsit in stylo cherubim, & palmas, et extensas laminas intrinseco & extrinseco.

29 ‡ καὶ πάντας τοὺς τοίχους τοῦ οἴκου κύκλῳ ἐν κολαπτοῖς ἔγλυψεν ἐν γραφίδι χερουβὶμ, καὶ φοίνικας καὶ διαπετάσματα πέταλα τῷ ἐσωτέρῳ καὶ τῷ ἐξωτέρῳ.

30 ‡ Et pauimentum domus texit auro interioris & exterioris.

30 ‡ καὶ τὸ ἔδαφος τοῦ οἴκου ἐκάλυψε χρυσίῳ τοῦ ἐσωτάτου καὶ τοῦ ἐξωτάτου.

31 ‡ Et ostio oraculi fecit portas de lignis iuniperinis. & limina quincuplicia,

31 ‡ καὶ τῷ θυρώματι τοῦ δαβὶρ ἐποίησε θύρας ἐκ ξύλων ἐλαιῶν. καὶ φλιὰς πεντάπλας,

32 ‡ Et duas portas de lignis abiegnis. & sculpturæ super eam insculptæ; in eis cherubim & palmæ, & extensæ laminæ. & texit auro, & descendebat super cherubim & super palmas aurum.

32 ‡ καὶ δύο θύρας ἐκ ξύλων πευκίνων. καὶ ἐγκολαπτὰ ἐπ' αὐτὴν ἐγκεκολαμμένα, ἐπ' αὐτῶν χερουβὶμ καὶ φοίνικες, καὶ διαπετάσματα πέταλα. καὶ ἐκάλυψεν χρυσίῳ, καὶ κατέβαινον ἐπὶ τὰ χερουβὶμ καὶ ἐπὶ τοὺς φοίνικας τὸ χρυσίον.

33 ‡ Et sic fecit vestibulo templi. limina de lignis iuniperinis, porticus quadrupliciter;

33 ‡ καὶ οὕτως ἐποίησε τῷ πυλῶνι τοῦ ναοῦ· φλιαὶ ἐκ

34 ‡ Et in ambabus ianuis ligna abiegna duæ plicæ ianua vna & cardines earum, & duæ plicæ ianua secunda,

34 ξύλων ἐλαιῶν, τοαὶ τετραπλῶς, ‡ καὶ ἐν ἀμφοτέραις ταῖς θύραις ξύλα πεύκινα δύο πτυχαὶ ἡ θύρα μία καὶ στροφεῖς αὐτῶν, καὶ δύο πτυχαὶ ἡ θύρα ἡ δευτέρα,

35 ‡ Quæ voluebantur insculptæ cherubim & palmæ, & extensæ laminæ, & tectæ auro deducto super sculpturam.

35 ‡ στρεφόμεναι ἐγκεκολαμμέναι χερουβὶμ καὶ φοίνικες, καὶ διαπετάσματα πέταλα, καὶ περιεχόμενα χρυσίῳ καταγομένῳ ἐπὶ τὴν ἐκτύπωσιν.

36 ‡ Et ædificauit atrium interius, tres ordines per politos, & ordo fabrefactæ cedri in circuitu.

36 ‡ καὶ ᾠκοδόμησε τὴν αὐλὴν τὴν ἐσωτέραν. τρεῖς σίχους διὰ πελεκητῶν, καὶ σίχος κατεργασμένης κέδρου

37 κυκλόθεν. ‡ ἐν τῷ τεταρτῳ ἔτει ἐτεμελιώθη ὁ οἶκος κυρίου ἐν μηνὶ Ζίου.

37 Anno quarto incepta est fundari domus sanctuarij Domini, mense apparitionis florum.

38 ‡ Et in anno vndecimo, in mense Bul, ipse est mensis octauus, perfecit domum secundùm omnes rationes eius, et secundùm omnia iudicia eius. & ædificauit eam in septem annis.

38 ‡ καὶ ἐν ἔτει ἑνδεκάτῳ ἐν μηνὶ Βύλ, ὅς ἐστιν μὴν ὄγδοος, συνετέλεσε τὸν οἶκον κατὰ πάντας τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ κατὰ πάντα τὰ κρίματα αὐτοῦ. καὶ ᾠκοδόμησεν αὐτὸν ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν.

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

